Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0002-6

20

~~Pu. B. 26.~~ Pub. 5. num. 36.

1712, 9d

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE

# VI SVPERIORITATIS TERRITORIALIS

## IN TERRITORIIS IMPERII CLAVSIS, ET DISCERNENDO AB EADEM IVDICIO FEVDALI, INTVITV FEVDI IN IISDEM SITI, CVRIAE DOMINI DIRECTI RELINQVENDO,

QVAM

SVB PRAESIDIO

**DN. LÜDERI MENCKENII, IC.**

CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT. SAXON. DECRETALIVM PROF. PVBL. ET FACVLTATIS IVRIDICAE LIPS. ORDINARII,

1712

7 120.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI EXPOSVIT

**WILHELMVS ERNESTVS ZECH.**

*CVM INDICE RERVM PRAECIPVARVM.*

IENAE, EX OFFICINA HELLERIANA, 1753.

KØN.FRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0003-2

# CONSPECTVS.

Inſignis fuit Germanorum Cura Libertatis, adverſus Imperium Romanum, Procerumque, inprimis tempore Ludovici Germanorum Regis, §. I. Indagatur Origo Libertatis Procerum, deducitur a Carolo M. Germanis, qui Witekindo reliquit Anglariam cum jure pacis & belli, atque hujus poſſeſſiones, jura & libertates ad deſcendentes illius tranſierunt, ubi inter alia ad Ludolphi I. Ottonis Magni, Henrici Aucupis exercitium libertatis provocatur, §. II. Atque ſub hoc Germani Proceres, in Comitiis olim quoque auditi, incrementa poteſtatis acceperunt, ceu in Arnulpho, cui Bojoariæ Pontifices ſubjecti fuerunt, cernitur, § III. In ſpecie Populus Thuringorum peculiari in territorio ſuo gaviſus eſt jure, quod limitata donatio Ottonis Magni, Gvilielmo filio facta, non evertit, §. IV. hinc Pop. Thuring. Eckardum I. Ducem elegit, poſt quem Wilhelmus, Comes Thuringiæ, Potens inprimis fuit, & Ludovicus Comes partem Thuringiæ jure proprietatis accepit, illique filius Ludovicus ſucceſſit, inde Wilhelmus & Otto Marchiones Thuringiæ clauſum territorium habuerunt, nec prætermittendus eſt Eckbertus item Ludovicus ſaltator, §. V.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0005-3

hujus filius ejusdem nominis à Lothario Imp. Princeps Landgraviusque Thuringiæ declaratus eſt & territorio amplo eoque clauſo locupletatus. Illa poteſtas A. 1442. per ſolennem Expectativam à Frid. II. Imp. in Henricum illuſtrem Marchionem Miſniæ translata & A. 1248. corroborata eſt, acceſſit Altenburgum, Chemnicium & Zwiccavia ſub Friderico Admorſo. Atque iſta Territorii clauſi prærogativa perſeverat inconvulſa hodieque in Domo Saxonica ejusque Capite, ſcilicet Electore Saxoniæ, §. VI. Hujus territorii clauſi qualitatem non tollunt Civitates Imp. Northuſa Mülbuſaque, nec Feuda Bohemica Superioritati Territoriali Sax. præjudicant, §. VII. Sunt autem Territoria Imperii vel non clauſa vel clauſa, hæc in dubio præſumuntur, Germaniæque Proceres jam olim jurejurando ex homagio & Vaſallagio mixto ſe obſtrinxerunt Impp. atque id actum ſub Ludovico Pio, ut ſubditi non niſi à ſuo Domino beneficia acciperent, quod etiam Proceres Imperii territoria nacti frequenter obſervarunt, §. VIII. Hinc tranſitus fit ad clauſi & non clauſi Territorii natales in Imperio, §. IX. & utriusque Territorii deſcriptio ſiſtitur, §. X. In clauſis territoriis domicilium aut immobilia habentes, ad homagium præſtandum tenentur & tanquam ſubditi in jus vocari queunt, §. XI. Quænam principia ſint clauſo & non clauſo territorio explicando adæquata, §. XII. & in quo differant clauſa & non clauſa territoria, exponitur, §. XIII. atque tum conſtituitur Regula: Quicunque in clauſo territorio eſt Vaſallus, præſumitur eſſe ſubditus, quæ confirmatur per argumentum à toto ad partem. 2. à more regionis. 3. ab immemoriali præſcriptione. 4. à finibus territorii clauſis petitum, §. XIV. Itaque adverſus Vaſallum in clauſo territorio militat præſumtio ſubjectionis, quæ eſt juris, adeoque contrariam probationem admittit, §. XV. atque in Territorio Proteſtantium clauſo bona eccleſiaſtica media-

ta

*ta perſonæque tales à Landſaſſiatu non eximuntur*, §. XVI. *Removetur objectio, quod in clauſis territoriis quandoque immiſceantur immediati & formalis ſit juramenti fidelitatis & ſubjectionis diverſitas*, §. XVII. *Effectus territorii clauſi cohærentisque juramenti Vaſallitici & homagii eſt* I. *Univerſale jus in Domino & neceſſitas obſequendi in Vaſallo, etiamſi Domini Territorii Imperium Voluntati Imperatoris repugnet, id quod explicatur* §. XVIII. *niſi Dominus Territorii ſit declaratus in Bannum*, §. XIX. II. *Vaſalli Obligatio ad præſtationem homagii, proinde incidere poteſt Vaſallus in Crimen Perduellionis.* §. XX. III. *Obligatio Vaſallorum ad comparendum in Comitiis Provincialibus eorumque decretis obtemperandi.* §. XXI. IV. *Generalis Fori Competentia e.g. in Suprem. Cur. Prov. Lipſ. Reg. Dresd. & Jud. Appellationum.* §. XXII. *atque hoc ampl.* (1) *etiam in ſimultaneè inveſtitis, licet in Saxonia nec poſſeſſiones nec domicilium habeant.* §. XXIII. *item in immediatis Nobilibus Imperii forum hoc Vaſallorum & ſimultaneè inveſtitorum obtinet, ubi ſimul exponitur Vaſallorum Electoris Saxoniæ extra territorium Sax. conſtitutorum conditio.* § XXIV. (2) *ita ut locum habeat etiam in Statibus Imperii ſimultaneam inveſtituram feudumve nactis. Exempla recenſentur* §. XXV. *idem in filiis Vaſallorum, non tamen Simultaneè inveſtitorum, attenditur.* §. XXVI. *Tranſitus fit ad Dnn. Comites de Schœnburg.* §. XXVII. *Ubi præmittitur, ad Status Imperii jus non præciſe requiri territorium immediatum.* § XXVIII. *& diverſitas feudorum Bohemicorum in ſpecie ſic dictorum & Imperii; Glaucham, Waldenburgum & Lichtenſtein ſubfeuda eſſe Imperii monetur, ſed ita, ut in iis Superioritas Territorialis ad El. Sax. pertineat, quod deducitur ex variis fundamentis ipſoque exercitio corroboratur.* §. XXIX. *Deinde Dnn. Comites Schœnburgicos in Territorio Elect. fo-*

 rum

*rum competens ſortiri in actionibus perſonalibus & realibus evincitur & confirmatur in genere. 1. Reſcriptis Electoralibus. §. XXX. 2. Mandato ad conſervandam Superioritatem Territorialem affixo. A. 1659. 3. Agnitione Ferd. III. Imp. §. XXXI. 4. Literis Reverſalibus Schœnburgicis. §. XXXII. harum utilitas, neceſſitas & efficacia expenditur. §. XXXIII. & ſuſpenſam Reverſalium dationem Territorii Domino per ſe non eſſe noxiam deducitur. §. XXXIV. Poſtea ſiſtuntur fundamenta fori competentis in Elect. Sax. Dnn. Comitum de Schœnburg ſpecialia, nempe (I) Auctoritas rerum judicatarum, fruſtra oppoſita exc. declinatoria fori. §. XXXV. (II.) Exempla Particularia, veluti 1. in Puncto Parricidii. 2. in querela de non-adminiſtrata Juſtitia ſeu Syndicatu, etiam adverſus Officiales Schœnburgicos. §. XXXVI. 3. Inhibitionis decretæ, Executionis, Immiſſionis &c. §. XXXVII. Exſtingvitur Landſasſiatus vinculum Vaſallorum in Territoriis clauſis contractum (1) per amiſſionem rei immobilis vel ſimultaneæ inveſtituræ, quando per eam eſt quæſitum. (2) Voluntate Domini Territorii, quoties in ejus arbitrio negotium eſt ſitum, expreſſa tacitave. §. XXXVIII. In præjudicium Superioritatis Territorialis non debet cedere nova dignitas, neque prætextus Dominii Directi, neque Literarum Inveſtituræ formula, at cauſas feudales ſibi Curia Domini directi recte vindicat, quales non ſunt, cum de perſona vel qualitate feudali controvertitur, neque quando de competentia judicis diſceptatur, & in dubio cauſa ad Judicem ordinarium pertinet, quod Exemplis 1. Miſſionis ex Teſtamento vi L. f. C. d. Edict. Div. Hadr. toll. 2. Actionis hypothecariæ ex conſenſu Domini feudi. 3. Præſtationum, ex pactis dotalibus, à Domino Directo confirmatis, petitarum, illuſtratur. §. XXXIX. Subjicitur, ad diſcernendas Cauſas Feudales & non Feudales, neceſſariam eſſe feudalis qualitatis indaga-*

*dagationem, qua deficiente quæſtio non eſt feudalis, itaque reſpiciendum ad fundamentum actionis, & an libellus ad feudalem qualitatem ſit directus, ſiquidem etiam ſubditorum Vaſalli controverſiæ regulariter non ſunt feudales.* §. XL. *Afferuntur Exempla Practica Cauſarum non feudalium de* 1. *operis & præſtationibus ſubditorum.* 2. *Jure paſcendi.* 3. *Operis indeterminatis.* 4. *Sorte pecuniaria.* §. XLI. *Superioritas Territorialis poteſtatem Domini feudi temperat* 1. *in Citationibus, niſi aliud receptum.* 2. *in Executionibus, per requiſitionem ſuſcipiendis.* §. XLII. *& Poteſtas Domini feudi, in controverſiam feudalem non incidens, rite uſurpata, non turbat Juriſdictionem Domini Territorii.* §. XLIII. *Additur Cautela* 1. *pro Dominis Territorii adverſus nova dignitate ornatos.* 2. *pro ſubditis Territorii ad novas dignitates adſpirantibus.* §. XLIV. *& concluditur.* §. XLV.

§. I.

Regno Arſacis, à quo Parthorum imperium & Regum nomen originem traxit, (*a*) acriorem fuiſſe Germanorum libertatem haud diſſimulat Tacitus, (*b*) cum diuturnis armis ad compeſcendam Germaniam opus fuerit, & Parthi non niſi interitum Craſſi objicere queant; (*c*) at Germani quinque Conſulares Exerci-

erci-

(*a*) Juſtin. *Hiſtor. l. 41. c. 4. 5.*
(*b*) Tacitus *de Mor. Germ. c. 37.*
(*c*) vid. T. Liv. *Hiſtor. ab urb. cond. epit. libr. 106.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0009-9

ercitus Populo Romano, Varum & tres cum eo legiones etiam Cæſari abſtulerint; Neque enim vel ſolam Vari cladem, qua cum animi commotione acceperit Octavianus Auguſtus, ignotum erit, quippe quem adeo conſternatum fuiſſe ferunt, ut per continuos menſes, barba capilloque ſubmiſſo, caput interdum foribus allideret, vociferans: Quintili Vare legiones redde, diemque cladis quotannis mœſtum haberet ac lugubrem. (*d*) Sicuti vero Germania, in tuenda libertate adverſus Romanos tota, nec viribus nec viris pepercit, ita quoque de acciſa, Caroli Magni & Carolingorum imperio, libertate redintegranda ſeriis conatibus egit. Nam uti olim jam in Conciliis apud Germanos electi ſunt Principes, qui jura per pagos vicosque redderent, (*e*) ſic Ludovici Germanici tempore A. 860. Proceres Regni, ſuam fidem adſtringentes imperanti, non meram ſibi relictam voluerunt obſequii gloriam, ſed mutua promiſſione imperantes ad jura dignitatemque Procerum conſervandam obligarunt, (*f*) quo pertinet fœdus & commune Decretum Imperatoris & Regum utriusque Franciæ apud Confluentes conditum. *Cap. 10.* (*g*) Ut noſtri fideles, unusquisque in ſuo Ordine & Statu, veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum abhinc in antea contra legem & juſtitiam vel auctoritatem

tatem

(*d*) Sveton. *in Octav. Aug. c. 23.*

(*e*) Tacit. *de Morib. Germ. c. 12.*

(*f*) Herm. Conring. *de Rep. Rom. Germ. Exerc. 8. th. 41.* Limn. *in Proleg. ad Capitul. Sect. 3. m. 4. 15. ſeq.*

(*g*) Schilter. *Inſt. Jur. Publ. tom. 2. l. 2. t. 6. p. 52,* Stephan. Baluzius *Capitulari Regum Francorum tom. 2. t. 31. p. 138.* conf. Lehman. *Chron. Spir. l. 2. c. 45. p. m. 197. it. Friderici II. Imper. Aug. Conſtitut, de Juribus Stat. apud* Schilter. *c. l. 2. t. 16. p. 117.*

tatem ac juſtam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus. Ex quibus principiis orta, ſucceſſu temporis, ſua incrementa accepit cognitio cauſarum ipſos Status concernentium in Comitiis publicis, quo, adhibito eorum, in quos idem jus ſtatui, caſu contingente, poterat, judicio, non unius aut paucorum arbitrio decideretur negotium, ad conſervandam aut evertendam ſingulorum felicitatem comparatum. Exemplum omnino antiquum uſurpati Procerum Judicii commemorat Joh. Aventinus *in Annal. Bojorum*, (*b*) ſiquidem Ludovicus Pius, Auguſtus, Anno reſtituti orbis octingenteſimo duodeviceſimo ad Aquas Graneas conventum Imperii indixit, in quo, Procerum ſententia, juxta Leges Romanas Salicamque, Rex Italiæ Bernhardus, Imperatoris ex fratre nepos, cum ſociis omnibus, & conſciis affectatæ tyrannidis, læſæ Majeſtatis reus peractus, capitalique ſupplicio condemnatus eſt. Similiter Rex Ludovicus Germanicus Conventum Ratisbonæ habuit *A. 861.* & in eo Berengarium, Sigehardum, Comites, aliosque tanquam complices infidelitatis, exauctoravit, (*i*) nec non Ludovicus, Arnulphi filius, Albertum, Comitem de Bamberg, rebellionis reum, communi Optimatum ſententia, manibus poſt terga revinctis, ſpectante univerſo exercitu, ſecuri percuti curavit. (*k*)

§. II. Originem libertatis Germanicæ ſi ſpectes, Romanos imitati ſunt Franciæ Reges, ſicuti enim illi Du-



(*b*) Joh. Aventin. *in Annal. Bojar. l. 4. p. m. 224. n. 60.*

(*i*) Lehman. *Chron. Spir. l. 2. c. 39. p. m. 155.*

(*k*) id. Avent. *d. l. l. 4. p. 288. n. 6. ſeq. conf.* Sprenger. *Font. Jur. Publ. Rom. Germ. c. 3. p. m. 1061.*

ces, Comites, Proconſules, Præſides, Quæſtores, Procuratores Cæſaris ſimilesque conſtituerunt Jure Magiſtratus gubernantes, *vid. l. 1. l. 2. C. d. Offic. Comit. Sacr. Palat. l. 32. §. 1. C. d. appellat.* ita in Francorum Regno aliena poteſtate functi ſunt Duces & Comites eorumque dignitas cum perſona exſpiravit, filii tamen non degeneres Sapientia ſtudiisque meriti, ut paternum officium ſupplerent, haud facile neglecti adeoque ad Paternam Dignitatem admiſſi ſunt, *(a)* tamdiu quæſitos faſces tuituri, quamdiu obſequio, cultu & obſervantia Regiorum mandatorum ſe commendarent, *conf. text. 1. F. 1. §. 1.* ſecus facientes, & in levitatem, audaciam, rebellionem incidentes Ducatu Comitatuve exuebantur. *(b)* Id quod etiam contigit Thaſſiloni, Duci Bavariæ, qui, cum Uxorem haberet Deſiderii Regis filiam, & bello Carolum Magnum provocare tentaret, juncto cum Hunnis fœdere, poſtea vero ſupplex ſe Regi ſubjiceret, ad Carolum evocatus redire & Provinciæ, quam tenebat, ulterius præeſſe prohibitus, eaque Comitibus ad regendum commiſſa eſt. *(c)* Perſentiebat enim Prudentiſſimus Princeps, Ducatu in plures Comitatus commutato, minus tranquillitati publicæ metuendum eſſe, *(d)* hinc ſubinde Ducatus in Comitatus diviſit, magno Regiæ poteſtatis bono. Interim, cum in Anglaria ſumma eſſet Saxonum poteſtas *(e)* Carolus Witekin-

(*a*) conf. Joh. Henr. Bœcler. *de Reb. geſt. Seculo IX. & X. in Ludov. II. p. m. 135.*

(*b*) Beat. Rhenan. *l. 2. Rer. Germ. Nov-Antiqv. l. 2. p. m. 296.* Lehmann. *Chron. Spir. l. 2. c. 16.*

(*c*) Eginhart. *de vita & geſt. Carol. M. p. m. 6.*

(*d*) Conring. *de Duc. & Comit. Germ. th. 13. 14.*

(*e*) Alb. Kranz. *Saxon. l. 2. c. 22. j.* Witich. *Corbej. An-*

tekindo baptizato eidem ſuam provinciam, Anglariam ſcilicet, à Patre Wernechindo acceptam, (f) gubernare permiſit, illique poteſtatem & nomen Principis Angrivariorum reliquit, qui in eadem, quam Angriam poſtea dixerunt, inſigne ædificavit templum, atque hunc jura pacis & belli habuiſſe liquet confirmatque atrox quod cum Geroldo, Svevorum Duce, geſſit, maxime ob terminos, bellum, in quo ipſum conſumtum periiſſe Kranzius notat. (g) Non tantum vero ab initio Witekindi filio, cognomini, à Carolo data Præfectura Budſecia legitur, (h) ſed quoque Wigbertus, ejusdem filius, Dux Angriæ fuit, (i) Witekindique filii ac nepotes paternarum poſſeſſionum, jurium & libertatis exſtiterunt hæredes, (k) quos juſtum tenuiſſe Principatum & Ludolphum Primum, Henrici Aucupis Avum, libera poteſtate principatum fuiſſe, (k 2.) atque Danis Teutoniam vaſtantibus egregiam Imperio operam præſtitiſſe ex Hiſtoriis conſtat, eaque de cauſa ipſum à Ludovico Pio Imp. è Marchione Ducem Saxoniæ Magnum creatum eſſe Fabricius tuetur. (l) Re-

 lictus,

*nal. lib. 1. p. 6. n. 20. ſeq.* Schilter. *de inveſtitur. Simultan. Princ. cap.* 4. §. 4.

(f) David. Chitræ. *in Orat. de Weſtpal. p. 7.*

(g) Kranz. *d. l. c. 24. inf.* Georg. Fabric. *Saxon. illuſtrat. l. 4. p. m. 435. ſeq. j.* Caſpar. Sagittar. *Antiq. Duc. Thur. l. 2. c. 4. §. 9.*

(h) id. Fabr. *d. l.*

(i) Kranz. *d. l. c. 26.*

(k) conf. Dav. Peifferi *Orig. Lipſ. l. 1. §. 33. ſeq.*

(k. 2.) Kranz. *in Vera Hiſtoria de Sanct. Martyr. in Ebbekſtorp. Monaſterio ſub t. Confutat. Legendæ Fabuloſæ ad calcem Metropol. impreſſa.*

(l) conf. Wittich. annal. *l. 1. p. 24.* Caſpar. Sagittar. *in Hiſtoria Bardewici c. 4. § 8.* Georg. Fabric. *Orig. Sax. l. 2. pag. m.*

lictus à Ludolpho filius, Otto illuſtris, cum Ludovici Regis tutor fuiſſet, (*m*) atque inde, nec non alias, magnam auctoritatem & fiduciam meruiſſet, omnis Populus Francorum & Saxonum eidem deſtinavit imponere diadema regni, ipſe vero, tanquam ætate gravis, recuſavit Imperii onus, éjus tamen conſilio Conradus, Dux Francorum, unctus eſt in Regem, nihilominus penes Ottonem, qui Pater Patriæ dictus eſt, ſummum ſemper & ubique viguit imperium, titulo enim recuſato, auctoritate, conſilio & viribus regendi & tuendi imperii molem præcipue ſuſtinuit, & tanquam Dux Saxoniæ juſto Principatu dominatus eſt in ſua Provincia. (*n*) Atque hic filio Henrico, cum ejus prudentiam & conſilii magnitudinem perſpexiſſet, reliquit exercitum & militiam adverſus Dalamantos, qui, impetum illius ferre non valentes, conduxerunt adverſus eum Avares ſive Hungaros, variorum in Saxonia infortuniorum auctores. (*o*) Quamvis autem Ottonem, dum vivebat, reverenter coluerit Conradus, attamen, cum is filio, Henrico, totius Saxoniæ Ducatum reliquiſſet, & Conradus de ejus poteſtate temperanda aut exſtingvenda ageret, Henricus, vel invito ipſo, quæſitam dignitatem, ſuorum conſilio & fortitudine adjutus, conſervare decrevit ſcopumque obtinuit, quandoquidem, libertate Germa-

97. Anonym. *in Chron. Duc. Brunſw. p. 2. ʃ.* Peiffer. *Orig. Lipſ. l. 1. §. 39. it.* Carol. du Freſne *in Gloſſario. verb. Principare.*

(*m*) Joh. Avent. *Annal. Bojor. lib. 4. p. 285. n. 22.* Fecial. Europ. *Part. 1. p. 60.*

(*n*) Witichind. Corbej. *Annal. l. 1. p. 6. ſeq.* David. Chytræ. *Orat. de Weſtphal. p. 8. in Opuſc. Var.* Joh. Goeſ. *de Weſtphal.* Fabric. *Orig. Saxon. l. 2. pag. 101.* Albert. Kranz. *Saxonia lib. 2. c. 33.*

(*o*) id. Witich. *d. l. p. 7. 10.*

manorum ſenſim ſua incrementa capiente, Henricus primus libera poteſtate regnavit in Saxonia (*p*); Neque enim deſiderium Libertatis in Gente Saxonica inſolens, quippe quæ jam antiquitus à Regibus Ducibusque ſuis gubernari conſveverat. (*q*)

§. III. Scilicet Germania, diverſis ſubinde uſa Ducibus ac Regibus, (*a*) Procerum curam peculiarem gerebat eorumque judicia audiri jam olim poſtulabat; unde Hermenfridus, Rex Thuringor. per Legatos interpellatus de amicitia cum Francis colenda à Rege Diederico, Clodov. filio, cauſamRegnum concernentem ad ſuorum Procerumconventum rejecit, (*b*) convocatisque Principibus ac neceſſariis amicis verba legati in præſentiam eorum contulit, nec non, cum certare decreviſſet occubuiſſetque, Hiringum cum ſupplici legatione, pro pace ac ſpontanea deditione, miſit, cui interpellatio Principum Diderici clemens reſponſum peperit. Atque iſta Procerum auctoritas maxime ardua ſecularia & eccleſiaſtica negotia in Comitiis ponderanda reſpexit. (*c*) Quænam fuerit Tragici ſub Conrado I. Belli cauſa, Kranzius (*d*) exprimit verbis: Bella plura tentavit, quam fuit ex Regni commodo. Dum enim neminem paſſus eſt juſto ordine ſub ſe dominari, adverſos habuit Bavaros, Svevos, Saxones.



(*p*) Witich. *d. l.* Heinric. Meibom. *in Not. ad Witichind. verb. veritus p. m. 47.*

(*q*) Conf. Fabric. *Orig. Sax. l. 1. p. 72. ſeq.*

(*a*) Cæſar. Furſtener. *de Suprematu Princ. Germ. c. 14. ſeqq.*

(*b*) Witechind. *in Annal. lib. 1. p. 3.* Caſpar. Sagittar. *Antiquit. Regn. Thuring. l. 2. c. 11. p. 238. ſeq.*

(*c*) Lehmann. Chron. Spir. *l. 2. c. 39. p. 148. ſeq.*

(*d*) Albert. Kranz. *Saxon. lib. 3. c. 3. p. 66.*

nes. Neque enim facile ignorabitur, quantas illi difficultates potentiſſimi tum temporis Principes, Arnoldus in Bojoaria, Burchardus in Svevia, Giſilbertus Dux Lotharingiæ, &c. concitaverint. *(e)* Atque ex iſto Kranzii loco colligitur Principes tum quoque juſtum ſervaſſe in dominando ordinem, eumque turbari temere neutiquam ex utilitate Reip. creditum eſſe. Itaque Henricus Auceps, etiam ſumma rerum potitus, non dubitavit Arnoldo, quem quoque Arnulphum vocant, Bojoariam concedere vinculo feudali. *(f)* ea ratione, ut totius Bojoariæ Pontifices ipſius ſubjacerent ditioni, & uno defuncto alium ordinare eidem liceret. Hinc in eccleſiaſticis ſingularem nactus eſt poteſtatem. *(g)*

§. IV. Dum vero, in ſpecie ad Populum Thuringorum converſi, eum peculiari in Territorio ſuo gaviſum eſſe jure paucis deducere intendimus, removenda erit inprimis Ottonis Magni donatio, quæ Gvilielmo filio facta eſſe dicitur: nam hunc Gudenus *(a)* Archi-Epiſcopum Moguntiæ, ſumma cum lætitia Patris, proclamatum eſſe cum recenſuiſſet, liberali Ottonem donatione eidem Haſſiam ac Thuringiam ſubdidiſſe ait. Quæ res, ex Anonymo de Landgraviis Thuringiæ *(b)* repetita, & Hiſtoricis *συγχρόνοις* penitus ignorata, annumerari meretur fabellis, ſiquidem Jurisdictio Spiritualis, cum quibusdam bonis

(*e*) Luitprand. *de Reb. Imper. & Reg. l. 2. c. 7.*

(*f*) Joh. Aventin. *Annal. Bojor. l. 4. p. 292. n. 50. ſeq. pag. 294. n. 50. ſeq.*

(*g*) Luitprand. *d. l.* Bœcler. *de Reb. Secul. IX. & X. in Henrico I. p. 250.* Joh. Palat. *in Aquil. Saxon. in Henr. Aucupe p. 19.*

(*a*) Joh. Maur. Guden. *in Hiſtor. Erffurtenſ. lib. 1. §. 5.*

(*b*) Hiſtoria *de Landgrav. Thur. c. 10.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0016-5

bonis temporalibus, eidem tributa, referri ad unverſam Haſſiam ac Thuringiam, contra Hiſtoriarum fidem, nequit, cum ſatis conſtet Thuringiam & Haſſiam Landgravios pro Dominis ſuis, non ſedem Moguntinenſem, agnoviſſe. (c)

§. V. Scilicet Populus Thuringorum, ſub quo & Haſſi & Bructeri & Cheruſci ad Albim tum continebantur, communi ſuffragio Eckhardum I. Ducem elegit, (a) Ottoni II. imprimis, ob merita fidemque contra Bohemos aliosque declaratam charum, (b) atque hic tanta virtutis æſtimatione excelluit, ut Marchionatum quoque Miſenenſem hæreditario jure impetraret & ad dignitatem Imperator. cum Otto III. fatis conceſſit, adſpiraret. (c) Poſt eum Wilhelmus, Comes Thuringorum, præcipue potens fuit, qui Henr. Imperatoria dignitate ornandum, publico nomine magna gratulatione excepit & miles ejus effectus (d) ſive de tota Provincia ab ipſo, ut hodie loquimur, inveſtitus eſt impetravitque, ut cenſus, Duci Saxoniæ debitus, Bernhardo Saxoniæ Duce pariter fidem ſuam Henrico

(c) Paul. Lang. Mon. *in Chron. Citizenſ. p. 767.* Chriſtoph. Franciſc. Paulin. *in Annal. Iſenac. §. 10.* Auctor *Repetitæ & neceſſar. defenſionis Juſtæ Protect. Saxon. in Civitat. Erffurt. p. 4. ſeq.* Sagittar. *in Hiſtor. de Eckhardo I. ſect. 13. §. 3.*

(a) Ditmar. Chron. *l. 5 p. m. 110.* Sagittar. *in Eckard. 1. Sect. 13. j. de Bavar. elect. Duc.* Ditm. *reſtit. p. 368. it.* Adelbold. *in vita Henrici Sancti Imp. p. 433.*

(b) Albin. *Chron. Miſn. t. 10. p. 115* conf. Ditmar. *l. 4. p. m. 356. 358.* Fabric *Orig. Saxon. l. 3. in Eckhard. 1. p. 386.*

(c) Ditmar. *d. l.* Albin. *d. l. p. 117. it. p. 247.* Fabric. *c. l.*

(d) Adelbold. *Epiſc. Trajectenſ. in Vita Henrici Sancti pag. 433.* Ditmar. Merſeb. *l. 5. p. m. 368. j.* Carol. du Freſne *in Gloſſar. Verb. Miles. Dominus alicujus caſtri aut feudi.*

Henrico adſtringente, remitteretur. (*e*) Ut de Conrado Salico nihil afferamus, qui tamen Ludovico Comiti, conſangvineo ſuo, partem Thuringiæ in proprietatem perpetuam ita dedit, ut nemo in ea quicquam, niſi cum illius voluntate & juſſu, exerceret, (*f*) poſtea vario, etiam emtionis, titulo, ditatus, caſtris villisque multiplicatis, plurimum valuit in Thuringia & Comes terræ Thuringicæ nominatus eſt, (*g*) huic in Comitatum Thuringiæ filius natu maximus, Ludovicus, ſucceſſit. (*h*) Prætermittemus quoque Wilhelmum, Marchionem Thuringorum, cujus opera Henricus Imp. in Hungarico bello uſus eſt, poſt hujus fata frater illius, Otto, Marcham obtinuit, atque hi jus cogendi omnes Thuringos habuerunt, haud obſcuro clauſi territorii indicio. (*i*) Iſtum excepit Ecbertus, Marchio Thuringiæ, qui Marchiam filio ſuo, tenerrimæ ætatis infantulo, acquiſivit reliquitque, (*k*) ne quid dicamus de Lothario Suplinburgenſi ſub Henrico V. (*l*) & Ludovico Saltatore (*m*) Comite Thuringiæ, qui Sereniſſimi titulo Epiſcopi, Wolrami, literis honoratus eſt. (*n*)

§. VI. Im-

(*e*) Ditmar. *d. l.* Spangenberg *in Chron. Mansfeld. c.* 160.

(*f*) *v. Diploma Privilegii* in Hiſtor. de Landgrav. Thur. *c.* 11. *n.* 20.

(*g*) *d. l. c.* 11. *j. c.* 12.

(*h*) Spangenberg. *Chron. Mansfeld. c.* 169.

(*i*) Lambert. Schaffnaburg. *de Reb. German. ad A.* 1061. *&* 1062.

(*k*) *id. ad A.* 1067. 1068.

(*l*) Alb. Kranz. *Sax. lib.* 5. *c.* 25. Albin. *Chron. Miſn. p.* 411.

(*m*) Paul. Lang. *Chron. Citizenſ. p.* 775.

(*n*) Dodechin. *append. ad Mar. Schot. Chron. A.* 1090. *pag. m.* 458. Paulin. *Annal. Iſenac.* §. 18.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0018-6

§. VI. Imprimis autem Lotharius Saxo, Imperator filiis deſtitutus, (*a*) in Ludovici ſupra commendati filio, Ludovico, genero ſuo, cui filiam Hedwigen matrimonio junxerat, exornando totus fuit. (*b*) Huic enim, militi ſtrenuo & potenti in Thuringia & Haſſia, qui, Comes Thuringiæ hæreditarius, patriis avitisque opibus generoſitatem & militiæ peritiam addiderat, (*c*) conſilio Principum cum magno elogio nomen Principis impoſuit & Landgravium Thuringiæ eum proclamari fecit Anno 1130. (*d*) atque hoc ipſo eidem regalia & omnem poteſtatem, quæ Imperatoribus à tempore Saxonicorum Imperatorum in his terris reliqua manſerat, titulo feudi Principalis, conceſſit, ei Hermanni Winzenbergenſis Comitis bona Imperio caduca ſolenniter largiendo, (*e*) atque, in majorem & dignitatis & poteſtatis indicinam, tanquam Principi territoriali, omnes in Thuringia ejusque confiniis immediate, partim ab Imperio hactenus dependentes, Comites, Dynaſtas, Nobiles, Civitates & homines, imo etiam Epiſcopatus & Cœnobia in Thuringiæ Landgraviatu ſita, alios abſolute, alios ſalvis certis juribus particularibus, ſubjiciendo; (*f*) unde Dynaſtias ſuas ab ipſo impoſterum fiduciario jure obtinuerunt. (*g*) Iſta



(*a*) Albini *Chron. Miſn. p. 411.*
(*b*) *Hiſtor. de Landgrav. Thur. c. 18.*
(*c*) Guden. *Hiſtor. Erffurt. lib. 1. p. 31.*
(*d*) *Hiſt. Landgr.* Paulini *Annal. Iſenac.* §. 24. Strauch. *Inſt. Jur. Publ. l. 1. t. 16. §. 8. p. 85. ſeq.*
(*e*) Sagittar. *Epiſtola de Antiquo Statu Thuringiæ, p. m. 61.*
(*f*) Fecial. Europ. *l. 1. p. 243.* Paulin. *d. l* §. 24. Albin. *Chron. Miſn. p. 411.* Spangenberg. *Chron. Mansfeld. c. 219.*
(*g*) Paulin. *d. l.*

dignitas & poteſtas deinde in poſteros propagata, &, beneficio Friderici II. Imperatoris, in Henricum Illuſtrem, Marchionem Miſniæ A. 1242. ſolenni diplomate Expectativæ, ceu vocant, translata eſt, ob fidelia Imperatori præſtita ſervitia, & ad inſtantiam Henrici, Landgravii Thuringiæ, Comitis Palatini Saxoniæ, unde G. Comes de Kevernberg, Bertoldus filius ejus, Comes Albertus de Rabenswald, Henricus & Guntherus Comites de Swarzburg, Comes Fridericus de Beichlingen, Comes Theodoricus de Hohenſtein, & Henricus ejusdem filius, Comes Fridericus de Stolberg, Henricus de Helderungin, Lutolfus & Henricus de Alriſtede, Heinricus & Eilolfus de Bendeleibn, Ditmarus de Wilherſtete A. 1248. reverſalibus literis, & præſtito corporali juramento, Henricum, Marchionem Miſniæ, pro vero Domino ſuo & Landgravio Thuringiæ agnoverunt, eidem contra omnem hominem ſervitia & fidelem terræ illius defenſionem deberi profeſſi ſunt, bona, quæ à Landgravio habuerunt, ab ipſo in feudum receperunt, atque in controverſia, inter Comitem Hermannum de Mansfeld ex una, & Comitem de Rabinswald ex parte altera, mota, niſi via amicabili terminaretur, juſtitiam ſibi ab eo adminiſtrari deſiderarunt. *(b)* Quæ ſicuti clauſi Thuringorum territorii jura ſatis corroboraverant, ita felici contigit auſpicio ſub Friderico forti, quem etiam Admorſum appellant, Thuringiæ Landgravio & Marchione Miſniæ, ut ſuorum experiretur fidem, ſiquidem Comites Thuringici, ab Alberto Cæſare, ſub prætextu emtionis, ſollicitati, ne Principi ſuo plus faverent, quam ipſorum dignitas poſtularet, eidem reſponderunt

(*b*) *vid. Formula Expectantiæ d. A. 1442. dictæque reverſales literæ apud* Anton. Weck. *in Chron. Dresd. p. 153. ſeq. ſub lit. H. & I.*

derunt ſe accepiſſe à Majoribus, ut legitimis Dominis pareant, & eorum cauſa ſubeant pericula, *(i)* tandemque, cum Adolpho & Alberto, Regibus, bello varia fortuna geſto, maxime poſt Cladem Alberto Cæſari & Svevis ad Lucam A. 1307. illatam, *(k)* Fridericus ſupra laudatus, maximam in diuturnis hiſce motibus fortunarum jacturam perpeſſus, urbes Imperii Aldeburgum, Chemnitium, Zwiccam, in detrimentorum compenſationem, accepit, laborumque ac periculorum exhauſtorum præmium præclarum conſecutus eſt, ſuorum nempe Populorum libertatem. Harum urbium poſſeſſionem ejusdem filio, Friderico Severo, genero ſuo, poſtea confirmavit Ludovicus Bavarus Imperator. *(l)* Atque ſic fortius claudendi territorium occaſionem nactus eſt Fridericus, & jura quæſita poſteris reliquit. Servatur autem Imperii hujus Principalis inconvulſa poteſtas territorii clauſi adhuc hodie in Domo Saxonica, *(m)* cujus laudatiſſimum Caput eſt Elector Saxoniæ Potentiſſimus, Rex Poloniæ, Pater Patriæ, & Dominus noſter Clementiſſimus.

§. VII. Quemadmodum vero in Thuringia ſitæ civitates Imperii, Northuſa Mulhuſaque, ob notorietatem, territorii clauſi jura non tollunt, ſed temperant; ita quoque illic, nec non in reliqua Saxonia illiusque diverſis Circulis Provinciisque, conſtituta feudalium, quam qui Superioritate Territoriali gaudet, Dominum Directum agnoſcentia poteſtatem Territorii neutiquam abolent,



(*i*) Fabric. *in Orig. Sax. l. 6. p. 627.*
(*k*) *Id. p. 620.*
(*l*) *Id. d, l. p. 628.*
(*m*) *conf.* Vorläuffige *Facti Species* in Sachen Sachſen-Weimar ;/; Schwartzburg-Arnſtadt 1711.

lent, ſed ſaltem, ut ſuo loco plenius dicetur, in feudalibus cauſis quodammodo circumſcribunt. Unde Domus Saxonicæ inveſtitura de Feudis Bohemicis Sonnenwaldenſi, Luſatienſi, (*a*) Saalfeldenſi, &c. *j.* §. 29. Superioritati ipſorum territoriali haud præjudicat, &, quod Comites Schonburgici Glaucham, Waldenburgum & Lichtenſtein, à Regibus Bohemiæ in feudum accipiunt, Electoris Saxoniæ Juri Territoriali non obeſt, quippe quæ in conventione inter Regem Bohemiæ, Uladislaum, & Electorem Erneſtum Ducemque Saxoniæ Albertum A. 1482. Domui Saxonicæ expreſſe reſervata eſt, (*b*) atque hinc jam A. 1459. ſola feudi Bohemici qualitas aſſerta Regno Bohemiæ, ceu docet Extract Ausſpruchs / welchen Marggraff Albrecht zu Brandenburg / wegen angeſprochener Böhmiſchen Veſtungen / Städte und Schlöſſer / zwiſchen der Cron Böhmen und dem Hauſe Sachſen / als Marggrafen zu Meiſſen / gethan / Anno 1459. Wir haben auch beredt und betheydinget / daß dieſe hiernach geſchrieben Mannſchafft und Lehen / mit Namen die von Plawen mit Plawen / Schloß und Stadt Johannsgrün und Therbil mit aller Mannſchafft und Zugehörungen „ von der Cron zu Böheim zu Lehen rührende / die von Schönburg mit Glauchaw / „ und dem Marckt guant Meher unde Irer zugehörunge / Waldenburg Schloß und Stadt / Grave Heinrich von Schwartzburgk zu Arn-

(*a*) *vid.* Lehns-Pflicht ap. Lunig. im Teutſchen Reichs-*Archiv Part. Spec. Part. II.* der *IV.* Abtheilung *II.* Abſatz *N. 71. pag. 225.*

(*b*) Fecial. Europ. *Part. 1. p. 643.* conf. Müller. *in Annal. Sax. ad A. 1452. & 1459. p. 47. 33.*

Arnſtedt und Sondershuſzen mit dem Schloß und Stadt Rudolfſtadt / Cuenz unde Brochenſtein / Grave Heinrich von Schwartzburg zu Leútenberg mit dem Schloß Lichtenberg / die von Gera mit dem Schloß und Stadt Lobenſtein / den Reúſzen von Plawen mit dem Steyn bey Altenburg / Blanckenburg / Schonbach / Walt / unde das Schloß Baruch / alles und jedes mit ſeinen Herſchafften / Mannſchafften / Dörffern / Güttern und Zugehörungen / dem mehr genannten unſerm lieben Herren und Schwager „ dem König und der Crohn zu Beheym mit der „ Lehenſchafft bleiben ſollen on Hinderunge und ein„ trage Unſer Schwehere der Hertzogen zu Sachſen / „ Landgraven in Döringen unde Marggraven zu „ Meißen. „

§. VIII. Scilicet in genere, ad Imperii Romano-Germanici Statum reſpicientes, alia deprehendimus Territoria non clauſa, alia clauſa. Non clauſis vulgo accenſetur Circulus Svevicus, Franconicus & Rhenanus, (*a*) Clauſis autem Bavaria, Auſtria, Haſſia, Ducatus Brunſvicenſis, Marchia Brandenburgica &c. & Saxonia. (*b*) Atque hæc, clauſa videlicet, in dubio præſumenda eſſe non



male

(*a*) BurgMeiſter vom ReichsAdel. *c. 4. p. m. 22.* Fecial. Europ. *Part. 1. p. 773. conf.* Kayſerl. *Confirmation* und *Declaration* der Gefreyeten Fränckiſchen Ritterſchafft Kayſerl. *Privilegii* und *Reſcripti contra* die Landſäßerey. *ap. Limn. l. 6. c. 3. n. 49* Beſold. *Theſaur. Pract. voce* Freye Reichs-Ritterſchafft.

(*b*) Diether. ad Beſold. *Theſaur. Pract. verb.* Landſaß. Wilhelm. Becker. *Jur. Publ. c. 11. §. 5.* Leyſer. *Diſſert. de Landſaſſ. Schrifftſaſſ. & Amtſaſſ. th. 27. 28.* j. Vitriar. *Inſt. Jur. Publ. l. 3. t. 19. §. 4. ibique* Pfeffing. *lit. a. & d.*

male arguitur, quia plura inveniuntur in Imperio clauſa quam non clauſa territoria; ea vero, quæ plerumque contingunt, potius, quam raro evenientia, præſumi fas eſt. *a. l. 3. §. 1. ff. de Offic. præfect. Vigil.* accedit quod Nobiles immediati non ab initio fuerunt tales, ſed equeſtri virtute primum eminere cœperunt in Franconia, Svevia & penes Rhenum, poſteaque, cum fatis conceſſiſſet Conradinus, Neapoli ac Siciliæ recuperandæ intentus, idemque oppignorationibus alienationibusque ſuis diſſipando Ducatui anſam dediſſet, emergendi ad immedietatem Nobilitati Svevicæ, Franconicæ & Rhenanæ ſubnata eſt occaſio; (*c*) unde Nobiles iſti immediati, Reichsſaſſen / Circulique, Svevicus, Franconicus & Rhenanus, κατ᾽ ἐξοχὴν, das Reich / nominari meruerunt. (*d*) Contra, cum alias Germaniæ Ducatus Principatusque incolæ vaſallique ſuis conſveverint Dominis obſequi, & mediate Imperio ſubeſſe, à regula hac in territoriis non clauſis nata eſt exceptio, quæ regulam confirmat in caſibus non exceptis. *a. l. 12. §. 43. ff. d. inſtr. vel inſtr. leg.* (*e*) Videlicet, ut diverſa ſubditos & Vaſallos in Germania devinciendi ratio liqueat, non prætereundum quod Germani Proceres jam olim fidem ſuam Imperatori jurejurando, mixto ex homagio & Vaſallagio, obſtrinxerint. (*f*) Ita enim in Capitu-

(*c*) Burgmeiſter vom Reichs-Adel *d. c. 4.* Pfeffinger. *ad Vitriar. Inſt. Jur. Publ. l. 1. t. 20. §. 9. lit. b. p. 475.*

(*d*) Burgmeiſter *c. 29. p. 534.* Limnæus *Jur. Publ. l. 6. c. 3. num. 6. ſeq.*

(*e*) Conf. Leyſer. *Diſſert. de Landſaſſ. th. 28.* Conf. Itter. *d. feud. Imp. c. 9. §. 46.* Dn. Sweder. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 10. §. 13.*

(*f*) Itter. *d. Feud. Imp. c. 9. §. 46.*

Capitularibus Caroli Magni *d. A. 802. Capit.* 2. Sacramentale promiſſionis factæ Imperatori deſcribitur à Stephano Baluzio: *(g) Promitto ego, quod ab iſto die in antea fidelis ſum Domino Karolo piiſſimo Imperatori filio Pipini Regis & Berthanæ Reginæ pura mente absque fraude & maligno ingenio de mea parte ad ſuam partem, & ad honorem regni ſui, ſicut per drictum debet eſſe homo Domino ſuo;* præterea ſingularis adhibebatur cura, ut feuda non niſi ſubditis conferrentur, ad abolendam diffidii occaſionem, fidemque intemeratam Dominis conſervandam, hinc in Charta diviſionis Imperii à Ludovico Pio Imperatore inter Pipinum, Ludovicum & Carolum filios, data *Anno Chriſti 837.* Aquisgrani in generali populi conventu *Cap. 5.* legitur: *præcipiendum nobis videtur, ut poſt noſtrum ex hac mortalitate diſceſſum homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia, unusquisque in regno Domini ſui, & non alterius, ne quando per hoc, ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod poſſit accidere. (h)* Quam, ſalutem publicam reſpicientem cautelam, poſtea quam ad Proceres Imperii, ſucceſſu temporis, tranſierunt territoria, & ipſi in bene merentes ſubfeuda conferre cœperunt, frequenter obſervatam eſſe invenimus. vid. Aur. Bull. c. 27. §. text. 1. f. 2. *(i)*

§. IX. Dum autem plerorumque meminimus territoriorum, diverſitatem, quæ intercedit, indicamus, quoniam quædam territoria ita Imperio ſunt incorporata, ut

(g) Stephan. Baluz. *in Capitul. Reg. Franc. Tom. I. p. 378.* Carol. du Fresne *in Gloſſario. verb. Hominium ſ. Homagium.*

(h) *id.* St. Baluz. *d. t. p. 687.*

(i) Itter. *d. Feud. Imper. c. 3. §. 21. ſeq.* Schrad. *d. feud. Part. 2. c. 4. n. 21. ſeq.* Wurmſer. *d. feud. Impropr. claſſ. 3. ſect. 16.* Beſold. *Theſ. Pract. verb.* Hof-Lehn.

ut iisdem libertas & immedietas conſervaretur, perſonæque in illis viventes, niſi aliud legitime per inveſtituram, pactum, præſcriptionem aliumve juſtum titulum introduceretur, immediate Imperio ſubeſſent, atque ita Principis ſuperioritatem territorialem non agnoſcerent, verum priſtinam libertatem inviolabiliter tuerentur; plurima vero in formam quaſi Provinciæ redacta, &, ab Imperatore ac Imperio, Electoribus, Principibus, aliisve Statibus Imperii, eo modo tributa, ut nulla reſervaretur immediata in ſubditos iſtius territorii poteſtas, ſed omnes ad Territorii Dominum reſpicere ejusque jurisdictionem ac ſuperioritatem revereri atque agnoſcere juberentur, eamque qualitatem ſollicite Territoriorum Domini in ſuo territorio ſervarent, nec quenquam regulariter, ſine juramento ſubjectionis, reciperent; emerſit inde Clauſorum & non Clauſorum Territoriorum ſatis decantata diverſitas, (a) neutiquam è Doctrina Juris Publici eliminanda. (b)

§. X. Itaque *Territorium clauſum* (*territoire enclavé* Gallis) *eſt* Univerſitas, *v. l. 239. §. 8. ff. d. V. S.* Domino Territorii, ſalva Imperatoris & Imperii poteſtate, ſubjecta, propriis limitibus ita concluſa, *j. l. 16. ff. d. acquir. rer. dom.* ut intra eos pleniſſimus Landſaſſiatus obtineat, omnes-

(a) Burgold. *ad Inſtrum. Pac. Part. 1. Diſc. 22. § 3.*

(b) Dn. Berger. *de Nexu jurisjur. fidel. & ſubject. §. 20. id. in Elect. Diſceptat. For. t. 40. de diſcrim. allod. & feudi. §. 7.* Pfeffinger. *ad Vitriar. Inſt. Jur. Publ. l. 3. t. 19. §. 4. lit. d.* Leyſer. *Diſſert. de Landſaſſ. Schriffiſaſſ. & Amtſaſſ. th. 23.* Seckendorffs Teutſcher Fürſten Staat *Part. 2. c. 1. §. 3. 4. 5.* Dn. Horn. *Jur. Publ. Prud. c. 62. §. 2.* conf. Carol. du Fresne *in Gloſſar. verb. clauſum.*

mnesque Vaſalli regulariter ſint ſimul ſubditi. *Non Clauſum eſt* univerſitas Domino Territorii ſubjecta propriis limitibus ita non concluſa, ut intra eos pleniſſimus Landſaſſiatus obſervetur & Vaſallagium cum ſubditi conditione regulariter cohæreat. *j. a. II. f. 5.* Neque vero ab inſtituto uſuve Reip. noſtræ alienum eſt qualitatem Landſaſſiatus etiam Civitatibus, Prælaturis, nec non Comitibus, Baronibus, Nobilibus &c. applicari, cum jus territorii & obligatio, ad præſtandum juramentum ſubjectionis, annexum jurijurando fidelitatis, & ad agnoſcendos effectus inde fluentes, omnes teneat. *a. Cap. Leopold. art. 3. 7. 8. 44. J. P. O. & M. art. 5.* §. *28.* (*a*)

§. XI. Si quis igitur in Regimine Principis Circuli Franconici immediatum Imperii Nobilem memorati Circuli, aut in alio territorio non clauſo, ad homagium adigere vel eundem, tanquam ſubditum, in jus vocare velit, non tantum is exceptione incompetentis fori ſe defendere poterit, ſed etiam ad præſumtionem libertatis, in territorio hoc non clauſo, optimo jure provocabit. (*a*) Quod Wilhelmus Grumbachius, qui Johanni Friderico Juniori, Duci Saxoniæ, exitio fuit, (*b*) adverſus Epiſcopatum Herbipolitanum operoſe urgendum eſſe duxit, ceu ex declinatione puncti quarti apud Hortlederum liquido apparet. (*c*) Atque ex eo notabilis differentia Nobilium, Baronum,

D

(*a*) Nicol. Calvol. *Prax. aur. concluſ. 1.* §. *Landſaſſii. num. 42. 43. p. 61.* Richter. *Vol. 2. Conſil. 2. n. 80. ſeqq.* Fecial. Europ. *P. 1. p. 773.* conf. Conring. *de Rep. Imp. Germ. Ex. 7. th. 64. & præc.*

(*a*) Myler. *de Stat. Imp. c. 89.* §. *4. ſeq. j.* Limn. *Jur. Publ. lib. 6. c. 3. n. 4. ſeq.*

(*b*) Joh. Seb. Müller. *in Annal. Sax. ad A. 1567. p. 141. ſeq.*

(*c*) Frid. Hortled. vom Reſt des teutſchen Krieges. *l. 6. c. 26. p. m. 1356.*

rorum, Comitum &c. emergit, quorum illi, qui in clauſis territoriis domicilium aut immobilia habent, ad homagium præſtandum tenentur; at in non clauſis haud æque. Non ſine ratione igitur graviter deteſtatus eſt Imperator Maximilianus II. in Mandatis de d. 13. Maji A. 1566. conatum Grumbachii, qui, Franconicam libertatem Landſaſſiis Nobilibus perſvaſurus, haud levibus, iisque valde noxiis, auſibus iter aperuit. *(d)* Itaque ad territoria non clauſa inprimis referendum putamus id, quod cenſet Henr. à Roſenthal. *(e)* in multis Germaniæ locis Nobiles & Comites, Vaſallos Principum, etiam ratione feudorum, quæ ab Electoribus aliisque Principibus tenent, immediate ſubeſſe Imperatori & Imperio, nec Dominos feudi in eos ullam jurisdictionem exercere, quam eorum, quæ ad Curiam feudalem pertinent; quamvis haud diffiteamur, legitimis modis, etiam in territorio clauſo, jus exemtionis à qualitate ſubditi quæri & concedi poſſe, *(f)* ceu ſuo loco plenius dicetur.

§. XII. Non eſt igitur, quod utiliſſima in Jure Publico clauſorum & non clauſorum territoriorum diſtinctio in dubium vocetur, quam Hiſtoriarum fides & obſervantia in Imperio Romano-Germanico comprobant, & quæ ex ipſis potius rerum argumentis, ſubjectione inprimis, colligenda eorum, qui jura eximia, ad ſpeciem Superioritatis Territorialis adſcendentia, habent, & quorum quidam ſuo modo Statibus Imperii annumerantur, Principi tamen nexu homagiali devincti ſunt & Landſaſſiatu

ſiatu

(d) Burgmeiſter vom Reichs-Adel *c. 29. p. 535.* Müller. *Ann. Sax. ad A. 1566. d. 13. Maji p. 139.*

(e) Henr. à Roſenthal. *Syn. Feud. c. 5. q. 78. n. 9. ſeq.*

(f) Conf. Schilter. *de Landſaſſ. c. 1. n. 12.*

ſtatu conſtringuntur. Vertitur equidem ſæpe inter Principes & Landſaſſios acris controverſia quousque termini & jura ſublimis territorii & ſubjectionis ſe extendant, aut ubi limitentur. Id quod ex Inveſtituris & pactis, utplurimum vero obſervantia per ſecula continuata apparet. Neque longius ex Jure Civili vel Canonico ſunt quærenda axiomata, utpote quæ tenuiora plerumque præbent argumenta, quam ut rem conficere valeant, ſi quæ controverſiæ inter Principem & Landſaſſium emergant, etſi negandum non ſit, generalia & brocardica inde deſumi poſſe, quibus etiam nos in hac elaboratione uſos fuiſſe cuivis inſpicienti patet. Sed quoque Doctores Juris Publici, qui in patentibus & non clauſis territoriis aut Civitatibus Imperialibus omnino liberis vixerunt, neque ſatis de Statu clauſarum Provinciarum informati fuere, male allegantur ad lites hujusmodi decidendas. Domeſticis ergo, non peregrinis, utendum argumentationibus, quas conſvetudo & uſus, præſcriptio, inveſtiturarum modus, pacta ſuppeditant, & hiſtorici archivorum apparatus comprobant.

§. XIII. Ut formalem quoque differentiam clauſi & non-clauſi territorii paucis tangamus, hæc in eo conſiſtit, quod in Territorio non-Clauſo diverſi Status, item immediati Imperii, ſunt ſiti, quorum ſinguli ſua propria jura, &, pro re nata, Superioritatem territorialem, exercent, ſive ſint Civitates, ſ. Comitatus ſ. Baronatus ſ. Cœnobia ſ. Epiſcopatus ſ. Prælaturæ ſ. Commendæ &c. adeo ut in certis locis etiam diverſi Status conjunctim reſideant ſuoque jure, ab altero non dependente, fruantur, atque vinculo ſubjectionis ſibi invicem regulariter haud obſtringantur. Contra in Territoriis Clauſis penes unum

vel plures ita conſtitutum eſt Jus Superioritatis, ut Territorium ſuis limitibus ſit circumſcriptum Dominisque in eo regulariter poteſtas competat omnibus, qui hiſce terminis comprehenduntur, tanquam Landſaſſiis ſuoque territorio ſubjectis, imperandi. Adjicimus autem regulariter, quia in territorio non-clauſo Status Imperii ſibi certa ſubjectionis jura pactis, præſcriptionibus, inveſtituris aliisque titulis quærere, & clauſi territorii beneficia quædam nanciſci, viciſſim in clauſo territorio perſonæ ſingulares, item Univerſitates, legitimis modis exemtionem, privilegia ſ. perſonalia ſ. realia, & immunitates acquirere tuerique poſſunt. Plurium in una civitate reſidentium Imperii Statuum exemplum notat Limnæus, dum in Civitate Imperii, Ratisbona, & Civitatem Statum eſſe Imperii, & in eadem jure Status Epiſcopum, Abbatem ſ. Emerani & Abbatiſſas duas, unam im Ober- alteram im Nieder-Münſter / frui monent. (a)

§. XIV. Oſtenſum eſt dari clauſum & non-clauſum in Imperio noſtro Territorium, nunc igitur conſtituenda eſt de Clauſo Territorio Regula: Quicunque in clauſo territorio eſt Vaſallus, præſumitur eſſe ſubditus. Cujus illationis fundamenta breviter conſiderabimus: I. Notiſſimum eſt, & naturæ rerum convenientiſſimum, id, quod dicitur de toto, affirmandum quoque eſſe de ſingulis ejusdem partibus. *l. 76. ff. de R. V. l. 7. ff. de except. rei jud. l. 1. §. 4. ff. d. Offic. Præf. Urb. c. 10. XVI. q. 7. l. 28. §. 4. C. d. Epiſc. & Cler.* Cum itaque, in Clauſo Territorio, non alii ad fidelitatis feudalis præſtationem admittantur, quam qui ſimul ſubjectionis jurejurando (jurant enim gehorſam

(a) Limn. *Jur. Publ. l. 7. c. 39. n. 5.* Dn. Horn. *Jur. Publ. Rom. Germ. Prud. c. 62. §. 2. p. 697.*

ſam zu ſeyn/) ſe devinciunt, addita quandoque clauſula: **wie einem getreuen Lehnmanne und Unterthanen gegen ſeinen Landes- und Lehns-Herrn eignet und gebühret/ ꝛc.** Vinculum ſubjectionis in ſingulis Vaſallorum individuis obtinere cenſetur. (*a*) Atque hæc ſubjectio non illis modo eſt neceſſaria & communis, qui feuda à Principe recognoſcunt, ſed etiam iis Comitibus, Dynaſtis, Nobilibus &c. qui ab aliis feuda in territoriis ſita poſſident, de quibus ſervitia feudalia ſæpe non Seniores ſeu Domini feudorum petunt, ſed Princeps, Dominus Territorialis, exigit, neque ad Dominum feudi plus pertinere permittit, quam actus mere feudales. e. g. inveſtituram, conſenſum in alienationes, de felonia querelas, & ſi quæ plura ad eſſentiam feudi ſpectant; quorum tamen omnium tutamen & executiones, quæ in ſubſtantiam feudi neceſſariæ ſunt, ad Dominum Territorii referri ſolent. Quam rem illuſtrat declinatio indictorum ſervitiorum facta à Georgio Domino de Schœnburg, Dynaſta Glauchæ & Waldenburgi, promota à Duce Saxoniæ Mauritio Menſe Febr. A. 1547. verba itaque ipſa exprimemus, cum ex iis & Servitiorum poſtulatio, & declinandi eadem ratio, appareat: **Ferdinand/ ꝛc. Wohlgebohrner lieber Getreuer/ Ungezweiffelt du haſt dich Unſers Schreibens des** Datum **den fünfften dis Monats zu erinnern/ darinnen Wir Dir zu erkennen geben/ was maſſen Johann Friedrich/ der ſich Hertzog zu Sachſen nennt/ vorhabens/ uns unſer Königreich Behaim und** incorporirten **Land/ aus eigenen unbefugten und unbilligen Vorſatz/ zu überziehen/ zu verheeren und zu ver-**



(*a*) Menoch. *d. Arb. Jud. Quæſt. l. 2. caſ. 47. n. 6.* Klock. *tom. 1. Conſ. 29. n. 433.* Meichſner. *Deciſ. Cam. t. 3. Dec. 33. n. 71.*

derben/ wie er dann allbereit durch ſein Kriegsvolck/ ſo zu Wittenberg gelegen/ Unſer Marggrafthum Nieder-Lauſitz höchlich angetaſt/ überzogen und etliche Flecken darinnen eingenommen/ dadurch Wir zur Gegenwehr gedrungen/ Dich darauf auf dein Lehen-Pflicht gemanet/ begehrend Uns/ auch die Cron zu Böhaimb/ derſelben eingeleibten Land mit nichte zu verlaſſen/ ſondern Uns und der Cron zu guten von Dato deſſelben Unſers Schreibens aufs längſt in Vierzehen Tagen Dreyßig wohlgerüſteter Pferd/ auf zwey Monat lang zuzuſchicken/ wie dann ſolch Unſer Schreiben ferner in ſich vermocht/ „Uns iſt aber von Dir/ „weder die begehrte Hülff noch einige Antwort/ „ ob du was im Fall zu thun gedenckſt/ nit zukommen/ welches Uns mit Verwunderung fürkömmt/ und hätten Uns nit allein/ daß du ſolches aus ſchuldiger Pflicht zu thun verobligiret/ ſondern aus verwenter zugethaner Nachbarſchafft/ dis und ein mehrers zu dir verſehen; Dieweil aber der Feind ie länger ie mehr auf Unß/ Unſer Königreich Böhaim/ und deſſelben eingeleibten Land dringen thut/ derwegen wollen Wir dich/ noch wie zuvor bey deinen Lehens-Pflichten/ damit du Unß und der Cron zugethan/ ermant/ erſucht/ begehrt und auferlegt haben/ die vorbegehrte Hülffe der Dreyßig wohlgerüſter Pferd/ bey Verluſt aller deiner Lehen/ ſo du von unß und der Cron zu Lehen helſt und trägſt/ eilends ohne allen Verzug auf Eger zu fertigen/ Ihnen Befehl mit geben/ ſich auf unſern oder unſers Befehlshabers ſchaffen und Befehl/ an denen Orten/ do ſie beſcheidlich gutwillig gebrauchen zu laſſen/ und des Gehorſambs zu beweiſen/ verbringeſtu unſern

Willen

Willen und Meinung. Datum Prag den 20. Januarii, Anno im 47.

## An den von Schönburg.

Ferdinand von GOttes Gnaden / Römiſcher / Hungariſcher und Behaimiſcher König.

WOhlgebohrner Lieber Getreuer / Was maſſen wir dir den Zwantzigſten jüngſtverſchienen Monats Januarii von Prag aus zum andern mahl geſchrieben / mit Anführung der nothwendigen Ehehafften / was uns zu ſolchen Vorhaben verurſachet / derhalben Dich an dein Lehnpflicht / mit welchen Du uns und der Cron Behaimb zugethan / vermant / daß Du unß Dreyßig wohlgerüſter Pferd eilends und unverzüglich zuſchickeſt / haſtu aus hierin verſchloſſener Abſchrifft ſolches unſers Schreibens zu vernehmen; Weil dich aber ſolch unſer Schreiben nit antroffen / ſondern uns wieder zukommen / und daß Wir uns nunmehr eigner Perſon in das Feld begeben; Derwegen an Dich unſer ernſtlicher Befehl / daß du die begehrt Anzahl gerüſter Pferd / in ſolchem unſerm Schreiben nahmhafft gemacht / alsbald abfertigeſt / alſo daß dieſelbigen von dato inner Zehen Tagen bey uns im Feld / wo Wir zur Zeit im Reißen / oder deren Orten ſeyn werden / erſcheinen / gedachte Anzahl Reiter mit Untenhaltung und Beſoldung zwey Monat lang verſeheſt / kein Weigerung oder längern Verzug hierinnen fürwendeſt / bey Vermeidung der Straf in gemelten unſerm jüngſten Schreiben verleibt / das alles

les iſt unſer ernſtliche Meinung. Geben In unſer Stadt Außigk an der Elbe den drey und zwantzigſten Tag Februarii Anno im XLvij unſerer Reiche/ des Römiſchen im Xvij und der andern aller im ein und zwanzigſten.

Ferdinand ꝛc.

Von GOttes Gnaden Moritz/ Hertzog zu Sachſen ꝛc. ꝛc.

Lieben Getreuen und Räthe/ Wir geben euch zu erkennen/ daß der Edele unſer lieber Getreuer/ Herr Georg/ Herr von Schönburg zu Glaucha und Waldenburg/ ietzo alhier bey uns geweſt/ und hat uns inliegende Schrifften/ welche von der Böhmiſchen Königl. Maj. unſerm Gnädigſten Herrn/ an ihnen ausgangen/ überantwortt/ darinnen Sein Königl. Maj. „ihnen zu Dienſt erfordert/„ wie ihr daraus zu vernehmen; Darneben er uns angezeigt/ „daß er ſolcher Forderung halben Beſchwerung trüge/„ dann ſie wehre zuvorn dergeſtalt nicht beſchehen, „auch nicht im Brauch geweſt,„ und er wehre auf ſolche Maaß zu dienen nicht ſchuldig; Dieweil er aber die ſorglichen Kriegsläufft vor Augen ſehe/ wolt er der Königl. Majeſt. gerne einen Reuter-Dienſt doch nicht aus Pflicht/ ſondern guten Willen thun/ und derwegen gebethen/ daß Wir der Königl. Majeſt. Suchung wolten abwenden helffen; Alß begehren Wir/ Ihr wollet Doctor Fachßen zum förderlichſten mit Credenz und Instruction zu Ihrer Majt. abfertigen/ und berürte

rürte des von Schönburgs Beſchwerung / wie oberzehlt / und mit weiteren vorbringen, als ihr ſolches vor nottürfftig achten werdet / bey Ihrer Majt. zum beſten abwenden laſſen / Auch darneben das Erbieten des Ritterdienſt zu thun / des Verſehens / Ihre Maj. werden daran zufrieden ſeyn / und was Doct. Fachß darauf zu Antwortt erlangen wird / das wollet Unß ohne Verzug zuſchreiben; Daran beſchicht Unſere Meinung. Datum Kemnitz den letzten Febr. A. 1547.

M. H. z. Sachßen.

An die Räthe
zu Dreßden.

Origo vero rei, & quod multa ejusmodi feuda peregrinos Dominos habeant, inde inprimis eſt, quod antiquioribus temporibus, cum Germaniæ loca ſaltuoſa ad culturam redigi cœperunt, multi ſub ditionibus Principum prædia excoluerunt, jure allodii poſſeſſa, quæ deinde Epiſcopis & Prælatis, vel pro remedio animæ, vel, ad benedictionem cœleſtem precibus Clericorum & Monachor. citius obtinendam, in feudum obtulerunt, vel ipſo exemplo Dominorum territorialium inducti. *(b)* Cum igitur ſola feudalitas & quædam præſtationes, cenſus varii &c. fuerunt Ordini Eccleſiaſtico oblati, reliqua jura & modus omnimodæ ſubjectionis in priſtino Statu territorii permanſit; id quod paſſim in Thuringia & Saxonia uſu venit. *(c)* Quoniam itaque uſus territorii nexum juramenti



(*b*) j. Lehm. *Chron. Spir. l. 2. c. 35. p. 139. l. 4. c. 3. p. 274.*

(*c*) j. Fec. Eur *P. 1. p. 643. ſeq.* Ziegl. *de Dote Eccleſ. c. 8. th. 27. ſeqq.* Dn. Horn. *Jurisprud. feud. c. 1. §. 39.* Itter. *d. feud.*

menti ſubjectionis & fidelitatis in iis, qui feuda ſimul à Principe tenent, ſecum fert, & reliquos quoque in Principatu prædia ab aliis Dominis feudi titulo poſſidentes ſubjectione connectit, validum inde petitur argumentum. Nam II. quæcunque in territorio communiter fieri conſveverunt, eadem jure exiſtimantur obſervari. *a. l. 34. l. 114. ff. d. R. J. l. 18. §. 3. ff. d. inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 14. §. 3. l. 22. ff. d. aliment. vel cibar. legat. l. 6. ff. d. evict. l. 1. ff. d. Uſur. l. 37. ff. eod.* (*d*) cum conſvetudo inveterata pro lege non immerito cuſtodiatur. *l. 32. §. 1. ff. d. legib.* & Aſſeſſores Cameræ Imperialis *Ord. Cam. P. 1. t. 57.* pronunciare jubeantur, **nach Ländiſchen Ordnungen und Gewohnheiten der Fürſtenthumen/ Herrſchafften und Gerichten** / quam Chriſtianus II. Elector Saxoniæ, cauſa diligentiſſime cognita, conſiderato vinculo fidelitatis & homagio, in Contradictorio confirmavit & approbavit ſub dato **Dreßden den** *11. Maji 1611.* (*e*) Hinc confidere licet conſvetudini Provinciæ in Judicio contradicto confirmatæ. *l. 34. ff. de legib.* Itaque quia conſvetudo fert, ut in univerſa Saxonia, ſive Albertinæ, i. e. Electorali, ſive Erneſtinæ Lineæ ſubjecta, ab omnibus Vaſallis homagium una cum juramento fidelitatis exigatur, is, qui ad utriusque præſtationem adigitur, de injuſtitia aut inæquali jure conqueri non poteſt. III. Ultra hominum memoriam uſurpata

*imp. c. 21. §. 2.* Rhet. *Comm. in Jus feud. l. 1. p. 82.* Sand. *Comment. in Gelriæ Conſvet. feud. p. 59. 172.*

(*d*) Menoch. *d. Præſumt. l. 3. præſumt. 91. n. 72.*

(*e*) Carpz. *l. 6. Reſp. 115. n. 3. conf. Reſcriptum Reg. Pol. & Elect. Sax. in Cauſa Saxo-Vinar. emiſſum ſub dato Dreſd. d. 6. Auguſti 1709. in Elect. Jur. Publ. p. 963.* It. *Theatr. Prætenſion. & controv. illuſtr. in Europa. l. 4. Sect. 29. c. 4. p. 755. ſeq.*

pata jure quæſita cenſentur. *l. 1. §. f. l. 2. §. 3. l. f. ff. d. aqv. & aqv. pluv. arc. act. c. 26. X. d. V. S. R. I. d. A. 1548. §. 59.* At hominum memoriam longiſſime excedit agnitio ſubjectionis à Vaſallis Thuringicis Saxonicisque facta, adeoque eadem conſtanter obſervanda eſt. Scilicet cum ipſis natalibus Superioritatis territorialis ſua cœpit jacere fundamenta vinculi Vaſallorum ſubditorumque nexus, ſiquidem, cum Otto Illuſtris filio Henrico totius Saxoniæ reliquiſſet Ducatum, *(f)* conteſtati ſunt Saxones. quanta obſequii religione Henricum colerent, & quod jure quæſito eum exui nollent, idemque declararunt Comites Thuringici ſub Friderico Admorſo fruſtra ab Alberto Cæſare, ceu §. *6.* monitum eſt, ſollicitati, dum majorem Domino territorii, quam Imperatori cum eo arma conſerenti, fidem deberi judicarunt, ex quo fit, ut non per annorum, ſed ſeculorum, ſeriem decurrat obſervantia, Vaſallos Landgraviorum Thuringiæ, Marchionum Miſniæ, poſtea Electorum &c. pro ſubditis haberi imperans; Unde in *Ordinat. Supremæ Curiæ Provinc. Maurit. El.* vivæ memoriæ *d. A. 1549. t.* **Wer vor das Ober-Hoffgerichte mag geladen werden** / Verbis admodum generalibus hoc indicatum: **Setzen / ordnen uud wollen Wir / daß alle unſere Grafen / Freyherren / Ritter und Edelleute / die auf ſonderliche Schrifft unſerer Cantzeley ſitzen ꝛc. vor dieß unſer Ober-Hoffgericht mögen geladen / und daſelbſt gerechtfertiget werden.** *(g)* IV. Quotquot clauſi territorii



(*f*) Witekind. Corbejenſ. *Annal. lib. 1. p. 7.* Lehmann. *Chron. Spir. l. 2. c. 47. p. 208.* conf. Nic. Hieron. Gundling. *in Henrico Aucupe §. 10. p. 49. ſeq.*

(*g*) Berl. *P. 1. Concl. 3. n. 13.* Richt. *Vol. 2. Conſ. 2. num. 15.* Ziegler. *ad Prax. Calv. §. Landſaſſii. n. 145.*

ritorii finibus circumſcribuntur prædiorum poſſeſſores, territorii illius Domino ſubjecti intelliguntur: propterea enim conſtituunt termini fines, ut, ubi terminaretur finireturque Superioritatis territorialis jus, evidentius intelligeretur. *a. l. 11. ff. fin. regund. l. 239. §. 8. ff. d. V. S.* (*b*) Eam igitur, in definiendis territoriorum terminis uſurpatam, ad præſcindendas controverſias, curam non eſſe inanem, ſed ſecernere vicinorum imperandi poteſtatem fas eſt; unde vulgatum illud: quicquid eſt intra limites, pertinet ad territorium ejus, cujus ſunt iſti limites, nullusque locus creditur eſſe exemtus. *a. N. 89. c. 2. §. ſi quis. l. 9. ff. d. judic. c. 17. X. d. Privil.* (*i*) Ad illuſtrandam hanc rationem facit documentum Obligationis Johannis Marchionis Brand. & Luſat. Marchionibus Miſniæ datum A. 1393.

Extract: Marggraf Hanßens zu Brandenburg und Lauſitz / Verſchreibung / gegen die Marggrafen zu Meißen / daß Er denſelben / wenn Er Böhmiſcher König würde / für hunderttauſend fl. Schuld gewiſſe Städte und Schlößer Pfandsweiſe einräumen wolte / Anno 1393.

Unde darzu alle die Mannſchafft und Lehen / die unſer Ohem / Herzog Bolcke von der Schweydenitz ſeelige mit Strel wider den Biſchoff unde Capitul zu Numburg gekofft hat / wo die gelegen ſind / mit den Lehen die den Edeln der von Plawe, „ der von Schönburgk von Gluchaw / „ und die von Colditz „ von der Cronen

(*b*) Grot. *d. Jur. B. & Pac. l. 2. c. 3. §. 16.*

(*i*) Reinking. *de Reg. Sec. & Eccleſ. l. 1. claſſ. 5. c. 1. num. 25.* Klock. *tom. 1. Conſ. 29. n. 435. ſeq.* Bald. *ad l. inſulæ 9. ff. d. judic.* Meichſner. *tom. 3. dec. 33. n. 72. ſeq.* Anton. Fab. *in C. l. 3. t. 12. dec. 17.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0038-7

Cronen zu Behemen haben/ unde die in des genanten unſers Ohemen von Mißen Landen gelegen ſind/„ Die egenanten Slos / Städte / Märckte / Mannſchaffte und Lehen mit einander der vorgeſchrieben unſern Ohem Marggrave Wilhelm / ſine Erben unde Nachkommen Marggraven zu Meißen / zu einem Pfande inne haben / beſitzen / gebrauchen / unde nützlich haben ſollen ane allen Abeſchlag / ane Widerſprache / ane alles Hindernüß / alle die wile unde bis alſo lange / daß Wir Unſere Erben oder Nachkommen Könige zu Behemen an ſeinen Erben oder Nachkommen / Marggraven zu Mißen hundert Thuſendt gute gülden als vorgeſchrieben ſtehet ganz unde gar mit einander gegeben leiſten unde bezahlen.

§. XV. Nunc quoque, utrum in clauſo territorio à toto ad partem, & virtute Conſvetudinis, atque uſus memoriam hominum excedentis, nec non limitum ſollicita determinatione, petitæ præſumtiones juris & de jure, an vero juris ſint, videamus. Ubi facile largimur vim præſumtionis juris & de jure, quæ adeo pro veritate habetur, ut probationem contrariam non admittat. *c. 30. X. d. ſponſal. l. 34. C. ad L. Jul. d. adult.* (*a*) hic non tueri locum, quandoquidem partes nonnunquam alio utuntur jure quam totum. *l. 7. §. 11. ff. d. acquir. rer. Dom. l. 15. §. f. ff. d. inoffic. teſtam.* & conſvetudo generalis, quæ pro lege eſt, *l. 32. §. 1. ff. d. legib.* exceptione probata, vim ſuam perdit. *l. 9. C. d. teſtam. l. 1. ff. d. R. J.* ac jus, tempore memoriam excedente quæſitum, beneficio exemtionis temperari poteſt. *c. 7. d. privil. in 6. j. l. 29. C. d. pact.* intra limites etiam conſti-



(*a*) Menoch. *d. Præſumt. l. 1. q. 3. n. 20. ſeq.* Maſcard. *de Probat. Concl. 1229. n. 3. ſeq.*

conſtitutum à jure illius, cujus ſunt limites, excipi haud prohibetur. *l. 73. §. 1. ff. de contrab. emt.* Proinde præſumtio à clauſo territorio; ad ſubditi qualitatem evincendam, deſumta, pro præſumtione juris quidem agnoſci meretur, quippe quam Leges Imperii haud adſpernantur, eo enim reſpiciendo *Inſtrum. Pac. Oſn. & Mon. art. 5. §. 28.* liberam & immediatam Imperii nobilitatem quibusdam in locis, ratione bonorum & ratione territorii, aliis Statibus reperiri ſubjectam indicat, & *Cap. Leop. art. 44. j. R. J. d. A. 1548. §. 66. 71.* Landſaſſii dignitatem Comitis, Baronis &c. Dominorum territorii nihil præjudicare Superioritati cavet, memorabili quoque exemplo jam olim ad iſtam conſvetudinem provocavit Johannes Caſimirus Dux Saxoniæ in literis ad Pro Electorem Fridericum Wilhelmum, ſub dato Eisfeld. *d. 4. Maji. Anno 1597.* (*b*) **Daß die Ritterſchafft Unß iederzeit vor ihren ordentlichen Richter erkennet / in Perſönlichen und dinglichen Klagen vor Unß geſtanden / recht geben und genommen / welches auß Unſerer Cantzeley faſt mit** infinitis actibus **zu beſcheinigen.** Recte igitur adſtruitur Præſumtionem, à qualitate clauſi territorii deductam, probationem in contrarium haud reſpuere. *a. c. 17. X. d. privil. c. 2. X. d. Capell. monach.* (*c*)

§. XVI. Et quia in *Inſtrum. Pac. Oſn. & Mon. art. 5. §. 25.* cautum eſt, ut, quæcunque Monaſteria, Collegia, Balliviæ, Commendæ &c. aliave bona Eccleſiaſtica mediata & eorum reditus juraque, quocunque ea nomine appel-

(*b*) Carpz. *de Privil. El. & Duc. Saxon. de non-appellando theſ. 53.*

(*c*) Reink. *de Reg. Secul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 1. num. 31. ſeq.* Barboſ. *Axiom. lib. 18. c. 11. ax. 1. verb. limita.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0040-7

pellata fuerint, Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes, Status A. 1624. d. 1. Jan. poſſederunt, eadem omnia & ſingula, ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore illius transactionis reſtituenda, iidem tranquille poſſidere debeant, non attento eo, quod non de vel in territorio Auguſtanæ Confeſſionis Statuum fuiſſe dicantur; hoc ipſo haud obſcure declaratur de iis, quæ intra territorii fines ſita fuerunt, bonis eccleſiaſticis minus fuiſſe dubii, quam de reliquis, adeoque iſta præſumtio pro clauſi territorii jure in Vaſallos ejusdem, non tam in dubium vocatur quam corroboratur, maxime quoniam, ut §. 13. monitum, Superioritas territorialis omnibus Imperii Statibus, etiam in eccleſiaſticis, eſt confirmata. *I. P. O. & M. art. 8. j. R. I. d. A. 1555. §. 20.* (*a*) ex quo fit, ut in Comitiis Provincialibus Proteſtantium territoriorum quoque Status in eccleſiaſticos & ſeculares dividi, iique Prælatos, Comites & Barones, Nobiles & Civitates complecti ſoleant, (*b*) cumque intra terminos Territorii Catholicorum & Auguſtanæ Confeſſioni addictorum Jus Diœceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica ſe continere debeat. *I. P. O. & M. art. 5. §. 48. Jus Diœceſanum &c.* commendatores Landſaſſii, in clauſo territorio, adeoque etiam apud nos, onera Landſaſſiorum defugere nequeunt, emolumentorumque ſunt participes, (*c*) & huc ſpectant formulæ Cancellariarum: **Entbieten Unſern Prälaten/ Graven/ Herren/ denen von der Ritterſchafft/ Räthen in denen Städten rc.** Ubi probe attendendum, non omnes immedia-

(*a*) Conf. Linck. *d. Jur. Epiſc. c. 15. n. 56. ſeq.*

(*b*) Fecial. Europ. *Part. 1. p. 772.* Dn. de Seckendorff. im Teutſchen Fürſten-Staat. *Part. 2. c. 4. §. 11. p. 78.*

(*c*) vid. Linck. *c. l.*

mediatos, aut ſingulari prærogativa gaudentes, eſſe liberos, ſed Superioritati, ſalva in reliquis Status Imperii aliave præcipua qualitate, ſalviſque juribus aliis Principibus ibi competentibus, in certis ſubeſſe. Sic Erfordia, cum eo pertinentibus, Protectioni hæreditariæ Landgraviorum Thuringiæ & poteſtati territoriali in regula obnoxia fuit & adhuc eſt, etſi Duces Sax. Lineæ Erneſtinæ per pacta cum El. Moguntino modum poſuerint. Elector vero Saxoniæ jura ſua integra adhuc ſervat, ſalvatorio quoque Imperialis Aulæ munitus. (*d*) Et quis neſcit jura in Urbe Imp. Northuſana poſt conventionem initam cum Reg. Pol. & El. Sax. à Rege Boruſſiæ hactenus exercita; (*e*) nec incognitum eſt in Mulhuſium, Civ. Imp. in Thuringia ſitam, jus protectionis aliaque inde dependentia jura El. Sax. competere. (*f*)

§. XVII. Explicato Præſumtionis, quæ ex clauſo Territorio deſumitur, fundamento ad inferendam in Vaſallis aliiſque incolis obligationem, ut legem Subjectionis & fidelitatis ſimul agnoſcant, pauciſſimis monendum eſt, non conflictaturos nos eſſe cum illis, qui clauſis etiam territoriis quandoque immiſceri Civitates, Provincias, loca immediate Imperio ſubjecta afferunt, atque tum in territorio alieno territorium ſpeciale, ſive Statum in Statu, formari ajunt. Iſta enim, dummodo ex toto territorio aut ejus parte majore Hiſtoriarumque fide clauſi territorii queat evinci qualitas, non magis convellunt præſumtionem noſtram, quam exceptiones probatæ regularum vim ever-

(*d*) Fec. Eur. *Tom. I. p. 204.* Horn. *Jur. Publ. R. Germ. Prud. c. 27. §. 5.* j. *Theatr. Præt. illuſtr. Europ. l. 4. Sect. 29. c. 3.*

(*e*) Fec. Eur. *P. 1. p. 746. 747.* j. Limn. *Jur. Publ. l. 7. c. 37.*

(*f*) Fec. Eur. *d. l. it. p. 244.*

evertunt, has enim confirmari per exceptiones conſtat. *l. 12. §. 43. ff. d. inſtruct. vel inſtrum. leg.* Quodſi Dominus territorii Clauſi, de eo pleniſſima libertate diſponendi gaudens, ex ſuo territorio perſonas certas, aut ordinem perſonarum, aut Provinciam quandam, ſive oneroſo ſive lucrativo titulo, ad jura immedietatis evehi patiatur, aut ad alium titulo emti vel alio transferat, num quid juris transibit ad alios, quorum vincula non laxata nec remiſſa, ſed in priſtino Statu conſervata ſunt? Fruuntur partis, qui iſta legitime quæſiverunt, juribus, non reliqui, ab obligatione ſemel inita ſe proprio auſu eximere prohibiti. Interim videas, in hoc argumenti genere, ſubinde confundi non clauſa territoria cum clauſis, &, ex promiſcuo immediatorum Imperii ſitu, fruſtra eos oppugnari Status, qui clauſi territorii prærogativas habent. Neque enim id agimus, ut diverſam jurisjurandi fidelitatis, der Lehns-Pflicht / & homagii, der Erb-Huldigung / formam negemus, quam non male expoſuit *text. 11. f. 5.* & à juramento familiaritatis, der Dienſt-Pflicht / diſcrevit; *(a)* ſaltem obligationem ad fidem feudalem & obedientiam, in Vaſallo territorii, de quo tractamus, clauſi, concurrere, atque eundem ad Vaſalli fidelis ſubditique munia ſimul explenda teneri, adſtruimus. Quis vero neget iſta, ſibi invicem non repugnantia, vincula in eadem perſona diverſos effectus producere & conjuncta arctiſſime Vaſallum obſtringere poſſe; utramque obligationem veteres Germanos expreſſiſſe ſub nomine der Huldleiſtung probabile eſt. *(b)*

F §. XVIII.

(*a*) Dn. Berg. *Diſſ. de Nexu jurisj. fidel. & ſubject. § 12. ſeq.*
(*b*) Lehmann. *Chron. Spir. l. 2. c. 18. verb.* von *Ludovico. p. 89.* Schilt. *ad Jus Alemann. feud. c. 4. §. 9.*

§. XVIII. Ordinis ratio nunc poſtulat, ut ad Effectus Territorii Clauſi cohærentisque Juramenti Vaſallitici & homagii transeamus, quorum primus conſiſtit in univerſali Domini jure imperandi Vaſallique obligatione ad obſequium. Cum enim divina *ad Rom. c. 13. verſ. 1. ſeq.* & humana jura Majeſtati obedientiam præſtari imperent, & Vaſallus hujusmodi efficaciſſime obſtrictus ſit ad vitam quoque, pro Domino territorii, periculo exponendam ſangvinemque, quando res exigit, publico bono effundendum, *a. II. ſ. 5.* imperata ipſe fideliter exequi, &, quam jurejurando fecit, promiſſionem **gehorſam zu ſeyn**/ re ipſa ſervare jubetur. Quemadmodum enim Territorii Dominus pro utilitate communi Imperii, tanquam Status ejusdem, & territorii ſui, propter fidem, quam ex officio boni Imperantis debet, vigilare tranquillitatemque omnium curare, promovere tuerique tenetur; ita viciſſim, non ſimplici obligatione ad fidelitatem, ſed multo arctiore vinculo ad juge obſequium, obligatus, parendi relictam ſibi eſſe gloriam meminerit, nec iis, quæ dura videntur, Imperiis ſe ſubducat, modo imperata non ſint Verbo Divino contraria; ſiquidem Deo magis obtemperandum eſt, quam hominibus *Act. c. 5. verſ. 20.* talia vero in bona Rep. nunquam præſumuntur imperia. Nolumus hoc loco ad ſpecies deſcendere, quia amplior eſt iſta materia, quam ut, per indicem quoque, ob ſuperioritatis territorialis latiſſimam poteſtatem, proponi queat, ſufficiat interim indicaſſe, quod Vaſallus hujusmodi non tantum ad feudalia ſervitia ſed etiam ad ſubditorum obſequia pleniſſime devinctus ſit. Quoniam vero Dominos territorii etiam Imperatori & Imperio obſtringi diximus, non prætereundum quid obſervandum ſit, ſi Imperatoris

man-

mandata Domini territorii juſſibus repugnent? Quæſtio hæc diverſis eſt examinata Theologorum & JCtorum calculis, maxime eo tempore, quo Carolus V. cum Statibus Imperii arma conſervit. (a) Quamvis enim *in Inſtr. Pac. Oſn. & Mon. art. 8. §. gaudeant.* Statibus aſſerto jure faciendi inter ſe & cum exteris fœdera, pro ſua cuiusque conſervatione ac ſecuritate, ſpecialiter additum ſit: ita tamen, ne ejusmodi fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium pacemque eius publicam vel hanc inprimis transactionem, fiantque ſalvo per omnia iuramento, quo quis Imperatori & Imperio obſtrictus eſt, Jurisque feudalis Doctores nonnulli, ſi quis Domino ſuo adverſus Imperatorem auxilium præſtiterit, hoc ipſo cum feudo excidere, idque ad Imperatorem devolvi, Vaſallumque illius ipſo iure tum à iuramenti vinculo liberatum eſſe, contendant; (b) attamen Imperii Statuum libertatem & leges publicas diligentius intuenti facile patebit funeſto diſſidio, in quo ad arma pervenitur, inter Dominum territorii & Imperatorem ſubnato fortiorem eſſe illius, quam huius, obligationem; præcipue Vaſallo homagii & fidelitatis iureiurando ſimul devincto. (c) Nam Subvaſallus Imperii proximo Domino Directo immediate ſubeſt fidelitatemque iurat, & per conſequentiam ſaltem ſupremo Domino Directo devincitur. *II. f. 55. §. f.* regulariter vero

F 2 Domini

(a) vid. Hart. Piſt. *l. 2. q. 47. n. 33.* Matth. d. Afflict. *ſuper II. feud. de nov. forma fidel. n. 7. 17.*

(b) Hart. Piſt. *d. l.*

(c) Conf. Lyſer. *Diſſert. de Landſaſſ. th. 36.* Dn. Horn. *Jurisprud. feud. c. 18. §. 12.* Struv. *S. J. F. c. 11. aph. 8. n. 2. ibique* Dn. de Lyncker. *p. 99.* Vit. Ludovic. à Seckendorff. *Hiſtor. Lutheraniſmi lib. III. §. 52. in addit. p. 145. ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0045-6

Domini tarritorii jurejurando ipſi Imperatori & Imperio obligantur, ad fidele obſequium, conditioni ſuæ conveniens, præſtandum, quod vinculum, in perſona Domini conſtitutum, ſatis efficax viſum eſt ad eundem in officio retinendum, *conf. c. 13. §. moneantur. X. de hæret:* qui ſuos Vaſallos ſubditosque viciſſim ſibi ſolenniter obſtringit; unde Imperator in modernis juramenti Vaſallitici formulis non ſolet nominatim excipi. Quibus accedit, quod Dominium Directum in feudis Imperii non penes ſolum Imperatorem hæret, ſed apud Imperatorem & Imperium ſimul reſidet, *I. P. O. & M. art. 10. §. viciſſim. 15.* itaque Juramentum Imperatori & Imperio perſolvitur, directumque Dominium à Cæſare, ſecundum leges Imperii & Capitulationis, ad quam Imperator jurejurando ſe devinxit, normam exercendum eſt. *a. Cap. Leop. art. 30. R. I. d. A. 1541. §. 6. (d)* Neque enim fruſtra Status Imperii ſuæ Superioritati territoriali tanta cum ſollicitudine caverunt, ut à nullo unquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel debeant. *I. P. O. & M. art. 8. §. 1.* ſiquidem hac ratione ſuæ ſecuritati ac libertati proſpexerunt adverſus omnes, etiam Imperatorem. *Cap. Leop. art. 3.* evidentiſſimeque, ac inſtituto præſenti convenientiſſime in *Cap. Carol. VI.* Imperatoris Invictiſſimi, cui vitam, felicitatem, tranquillumque Imperium Divina largiatur Gratia, cautum eſt juri Superioritatis Territorialis. *art. 15.:* **Wir wollen die mittelbahre Reichs und der Stände Landes Unterthanen in Unſerm Käyſerl. Schutz haben, und zum ſchuldigen Gehorſam gegen ihre Landes-Obrigkeit anhalten; wie Wir dann keinem Chur-Für-ſten,**

(d) Itter. *de feud. Imp. c. 19. §. 2.* Schilter. *ad ff. Ex. 6. th. 8. conf.* Strauch. *Exerc. Exoter. 4. §. 23.*

ſten / Fürſten und Stand (die unmittelbahre Reichs-Ritterſchafft mit begriffen) ſeine Landſaſſen ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen und mit Landes-Fürſtl. auch andern Pflichten zugethane eingeſeſſene / und zum Land gehörige von deren Botmäſſigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Landes-Fürſtlicher hohen Obrigkeit / und ſonſten rechtmäßigen hergebrachten reſpective Steuren / Zehenden und anderen gemeinen Bürden und Schuldigkeiten / weder unter dem Prætext der Lehenherrſchafft noch einigen anderen Schein / eximiren und befreyen / noch ſolches anderen geſtatten ꝛc. Præterea Imperii Status, ſi qui Vaſalli aut ſubditi feudis bonisve allodialibus, ob crimen læſæ Majeſtatis aliave ex cauſa, privari mererentur, ſibi, tanquam Territorii Dominis, non Fiſco Cæſareo, eadem applicari voluerunt, *Cap. Leop. art. 27.* ne indirecte attenuarentur competentia in Vaſallos & ſubditos jura. Atque hoc inprimis attendendum eſt in territoriis clauſis, fidelitatis & homagii vinculo in eadem Vaſalli perſona concurrente. Quodſi igitur Dominum territorii Imperator invadere eumque, propter religionem ſimilemve cauſam, per injuriam opprimere velit, opem ſuo Domino Directo & ſuperiori ſublime territorium habenti, etiam contra Imperatorem debent Vaſalli, in dubio ad omne obſequium conteſtandum obligati, quo illæſa maneat conſcientia & debita Superiori, pro libertate religionis juſte contendenti. *a. R. I. Noriberg. d. A. 1524. §. 29. it. R. Imp. Spir. d. A. 1526. §. 4. j. I. P. O. & M. art. 5. §. 52. Cap. Joſeph. art. 7.* obedientia, ex illi immediate præſtito jurejurando profecta. Hinc Vaſalli Saxonici olim *v. th. 7.* nec non in

tricennali bello Germanico ſollicitati, ſurdas præbuerunt à ſervitiis obſequiisque eos avocaturis aures.

§. XIX. Sicuti vero conſvetudines feudales dudum obligationem Subvaſalli, Domino illius intermedio in Bannum declarato, expirare indicarunt. *II. f. 28.* ita quoque hodie non aliud fert Imperii jus & obſervantia: cum enim Imperio tum addicantur bona feudalia & allodialia tollanturque bannitorum omnes cum ſubditis Vaſallisque contractæ obligationes ac jura quæſita. *Ord. Cam. P. 2. t. 9.* §. 2. ſubditi & Vaſalli quoque à vinculo, quo tenebantur, ſolvuntur liberanturque. *(a)* Id quod in noviſſima banni declaratione *d. A. 1706.* nominatim ita expreſſum eſt: Entbinden alle diejenigen / welche ihm einiger maſſen verwant oder verbunden geweſen / und noch verwant oder verbunden zu ſeyn glauben möchten / aller Huldigung / Pflicht / Schuldigkeit / Verſchreibung / Verſtändnüß und Verknüpffung / welcherley die ſeyn / oder wie dieſelben lauten mögen / als die ſeit des vorgehabten Friedbruchs und Majeſtät-Verletzung unkräfftig und ungültig worden / dafür auch erkläret und verkündiget werden, noch iemanden binden können oder ſollen. *(b)*

§. XX. Secundo Virtute Landſaſſiatus pleni clauſique territorii Dominus ab omnibus, qui eo continentur, Vaſallis exigere poteſt juramentum ſubjectionis ſ. homagium, ipſosque ad illius præſtationem adigere. Vere enim illic vigere dicitur Landſaſſiatus, ubi nemo bona poſſidere

*(a)* Blum. *Proc. Cam. t. 29.* §. *190. ſeq.* Gail. *d. Pac. Publ. Part. 2. c. 6. n. 9. ſeq.*

*(b)* v. Fam. Eur. *Part. 49. p. 31.* Lunig. im Teutſchen Reichs-Archiv *Part. Spec. 1.* Abtheilung. *p. 203. ſ. p. 199.*

ſidere poteſt absque gravamine ſubjectionis perſonæ. (a) Proinde Comites, Barones & Nobiles immediati, in Electoris Ducumque Saxoniæ territorio feuda poſſidentes, intuitu eorum homagium perſolvere & jurejurando promittere tenentur **gehorſam zu ſeyn** / *conf. th. 14.* id quod ſubditi qualitatem arguit probatque. *a. II. f. 5. Clem. 2. d. ſent. & re jud. verb. ſubditus homoque ligius ac Vaſallus* &c. comitatur enim iſta conditio perſonam ut umbra corpus, & eſt Superioritatis agnitæ teſſera. (b) Infinitis cum veritas rei evinci queat exemplis, ſufficiat h. l. Dynaſtas de Schœnburg, nuper Comitum honore ab Imperatore mactos, pro talibus tamen in Cancellariis & Dicaſteriis Saxonicis nondum agnitos, allegaſſe, qui, quamvis indubitati ſint Imperii Status & ad Comitia Circuli Saxonici Superioris vocentur, nihilominus fidelitatis juramentum cum homagio pleniſſimo, ſubjectionem abſolutam & indeterminatam complectente, Electori Saxoniæ perſolvunt. (c) Quodſi autem Vaſalli & ſubditi actu jusjurandum non præſtiterint, ex formali quidem perjurio non tenentur, nihilominus tamen homagii & fidelitatis vim, ac ſi juraſſent, fideliter obſervare debent. *c. 14. X. d. jurejur.* (d) Facile enim contingit, ut ætas e. g. in infantibus, negli-

(a) Beſold. *Theſ. Pract. verb.* Landſaß.

(b) Richt. *V. 2. Conſ. 2. n. 8. ſeq.* Reink. *d. R. S. & E. l. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 2. ſeq. n. 27. ſeq.* Wehner. *Obſ. Pract. verb.* Landſaſſerey. j. Gail. *de Arreſt. c. 7. n. 10.* Zaſ. *Singul. reſp. l. 2. c. 31. n. 3.*

(c) Fecial. Eur. *Part. 1. p. 643.*

(d) Cujac. it. Baldus *ad c. veritatis. 14. X. d. jurej.* id. *ad L. Si quis ſervo. C. Commun. de manumiſſ. n. 1.* Reink. *d. R. S. & E. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 10. ſeq.* Dn. Sweder. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 11. §. 3.*

negligentia Vaſalli aut mora, quæ ipſi prodeſſe non debet. *l. 173. §. 2. ff. d. R. J.* aut, ante admiſſionem ad jusjurandum, in iis, qui novam nacti ſunt dignitatem, reverſalium expediendarum ratio dilationi anſam præbeat, *(e)* vel filius agnatusve in feudum ſuccedens, per abſentiam ſimilemve circumſtantiam, impediatur conjunctum cum Vaſallagio homagium actu præſtare, quis vero interim, dum non niſi ſubditum poſſeſſorem feudi admittere cupit Dominus territorii, & jusjurandum hoc ad ſubſtantiam obligationis haud pertinet, pactoque remitti poteſt. *a. II. f. 3. c. 14. X. d. jurej.* Vaſallusque ipſo facto ſubditi officium conſtanti fide facit, vinculum ſubjectionis eſſe ſuſpenſum putet: Ex iſta ſubjectionis qualitate colligitur, Vaſallos hujusmodi incidere poſſe in crimen Perduellionis: licet enim Vaſalli, quatenus tales, ad ſolam fidelitatem feudalem obligati Feloniam committere queant. *II. f. 5. 6. 7. 24. §. 2.* ſed ab iſto crimine declarentur immunes, quoniam Majeſtas & ſubditus ſunt correlata, &, deficiente qualitate ſubditi, non intelligitur proprie læſa Majeſtas. *d. Clem. 2. (f)* in clauſo tamen territorio in eadem Vaſalli perſona conjuncta eſt jurisjurandi fidelitatis & homagii præſtatio, eaque efficit, ut Vaſallus hujusmodi Perduellionis fieri poſſit reus, & juxta rigorem *l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. j. A. B. c. 24.* coërceri.

§. XXI. Tertio Clauſi Territorii conditio & ſæpe dictus Landſaſſiatus tribuit Domino jus convocandi Vaſallos & reliquos Landſaſſios, etſi feuda à Principe territorii

*(e)* vid. Fecial. Europ. *Part. 1. p. 644.*

*(f)* Carpz. *P. 4. C. El. 1. d. 4.* Ant. Fab. *in C. l. 9. t. 6. def. 10.* Ant. Matth. *d. Crim. l. 48. t. 2. c. 1. n. 10.* Ziegler. *de Jur. Majeſt. l. 1. c. 2. th. 44.*

torii non teneant, ad Comitia Provincialia, ipſisque neceſſitatem comparendi & concluſa religioſe obſervandi imponit. (a) Hinc in Saxonia Commendatores Provinciales Comitiorum Provincialium ſunt participes eorumque Decretis iuge obſequium præſtant, & Comites Schœnburgici inter Nobiles in conventu, quem appellant **den weiteren Ausſchuß/** proximum poſt Directorem & Con-Directorem locum, ipſis aſſignatum, habent, uti hoc præſentis A. 1711. Acta Comitialia corroborant, ſuasque ratas ad Summam, in quam Nobilitas conſenſit, pariter conferunt. Imo etiam Eccleſiæ Cathedrales per ſuos illic ablegatos comparent, & de negotiis occurrentibus conſultant. conſ. **Derer Chur- und Fürſtl. Herren Gebrüdere Haupt**-Receſs d. A. 1657. t. **Landtäge.**

§. XXII. Quartus effectus Clauſi Territorii cohærentisque in eo Vaſallagii & Homagii conſiſtit in producendo foro competente generali Vaſallis Schrifftſaſſiis in Elect. Suprema Curia Provinciali, quoad Circulos eo relatos. **D. H. G. O.** d. A. 1549. t. **Wer vor das Oberhoff-Gerichte mag geladen werden.** verb. **ſetzen / ordnen.** *v.* §. *15.* conceſſo, nec non in Regim. Dresd. & Appellationum Judicio. *vid. Appellat.* **Ordn.** *d. A. 1605. t.* **Wer vor Unſer** *Appellation* **Gericht geladen ꝛc. werden möge. Alle Unſere Prälaten / Grafen / und Herren / Ritter / Edelleute / Räthe auß den Städten und andere Unſere Unterthanen oder Lehn-Leüte / welche alß Cantzeley- und Schrifftſaßen ohne das vor Unß und Unſeren zur Regirung verordneten Räthen zu ſtehen ſchuldig ſeyn.** *j.* **Haupt**-*Receſs d. A. 1657. t.* **Fürſtl. Regirung.**



(a) Richt. *V. 1. Conſil. 1. n. 23. ſeq. Vol. 2. Conſ. 2. num. 17.* Meichſner. *Deciſ. Cameral. tom. 2. Dec. 8. n. 47.*

girung. *it. tit.* Wie ſich die Chur- und Fürſtl. Schrifft- und Amtſaßen zu verhalten. §. *1.* Vaſalli autem Amtſaſſii primam habent in Præfecturis inſtantiam. *d.* §. alle. *d. Receſſ. d. A.* 1657. §. 2. (*a*) Cauſa tamen, per modum querelæ, appellationis, item avocationis ex iuſta cauſa ſuſceptæ, ad ſuperiora iſthæc iudicia devolvi poteſt. *d.* 5. & Curia quidem ſuprema Provincialis Lipſienſis concurrentem habet cum Regimine Dresd. in Circulis illi definitis, item Reg. Ducis Sax. Weiſſenfelſenſis, Martisburgenſis & Zizenſis, in portionibus terrarum hæreditariis laudatorum Ducum, in Schrifftſaſſios iuriſdictionem, ceu monitum eſt *in Diſp. Proc. III. ad O. P. S. T. I.* §. 6. In Circulo Electorali Vaſalli Schrifftſaſſi El. in eodem poſſeſſionati, aut domicilium illic maioremve partem bonorum habentes, in Curia Wittebergenſi conveniri queunt, ita ut hæc concurrente cum Reg. Dresd. & Appellat. Judicio iuriſdictione gaudeat. Wittenberg. Hoffgerichts-Ordnung. *T.* Wer vor das Hoffgericht möge geladen werden. Sed iſta ad Circulum El. reſtringitur, cum Curia Prov. Lipſ. per Circulum Thuringicum, Miſnicum, Lipſienſem, Montanum, (cui quoque, & quidem Schrifftſaſſiis in Præfectura Zwicavienſi, docente Matricula Supremæ Curiæ Provincialis noſtræ, accenſiti ſunt Domini de Schœnburg, intuitu Glauchæ, Waldenburgi, Lichtenſteinii nec non Hartenſteinii &c.) Vogtlandicum & Neoſtadienſem ſe diffundat. (*b*) Qua in parte Lineæ Saxonicorum Ducum Erneſtinæ Vaſalli eodem iure utuntur, & in ipſorum Regiminibus ac Judiciis forum generale ſortiun-

(*a*) Schilt. *Diſſert. de Landſaſſ. c. 6. num. 31. reſp. ad negat. 2. pag. 457.*

(*b*) Carpz. *Proc. t. 2. art. 2. n. 100. ſeq.*

tiuntur. Alle ſo von des Landes-Fürſtl. hohen Obrigkeit belehnet und häußlich auf dem Lande oder in Städten dieſer Fürſtenthümer ſitzen oder Feuer und Rauch darinnen halten / durch perſönliche weſentliche Wohnung oder ſonſt ſo viel Güter / als des Clägers forderung außträgt / darinnen haben ꝛc. Hoff-Ger. Ordn. zu Jena. *c. 17.* Atque his illuſtrandis ſervit Friderici III. Auſtriaci Reſcriptum ad Fridericum, Dominum de Schœnburg, Dynaſtam Glauchæ, emiſſum Ann. 1456.: Wir Friedrich von GOttes Gnaden Römiſcher Keyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / Hertzog zu Oeſterreich / und zu Steyr ꝛc. Entbieten dem Edlen Friedrichen von Schönburg / Herrn zu Gluchaw / Unſerm und des Reichs lieben Getreuen / Unſer Gnad und alles Gutt / Edler / lieber Getreüer / Uns hat der hochgebohrne Friedrich / Hertzog zu Sachßen / des heiligen Römiſchen Reichs Erzmarſchalch / Landgrave in Döringen / und Marggrave zu Meiſſen / Unſer lieber Schwager und Chur Fürſt / fürbringen laßen / wie daß du dein Schloß Hartenſtein / das Er zu dem Burggraventhumb zu Meißen von Uns und dem heiligen Reiche zu Lehen habe / von Im noch nicht zu Lehen habeſt empfangen / Sondern unterſtändeſt vielleicht Dich an ander ende damit zu halten / dann als Er vermeinet billich ſey / des Er in künfftig Zeit zu ſchaden und mercklichen Unfuge kommen und gebracht werden mögte / Und hat Uns alß Römiſchen Keyſer darauf bitten laſſen / Im hierinne nottürfftiglich zufürſtehen / Darumb ſo empfehlen Wir Dir mit dieſem Brieff ernſtlich gebittende / daß du daßelbe dein Sloß Hartenſtein / von dem egenanten unſerm

 Schwa-

Schwager und ChurFürſten one fürtern Aufzug zu Lehen empfaheſt / damit Wir als ein Römiſcher Keyſer, Dich und deine Erben / an Jn und ſeine Erben weiſen, mit und in crafft diß gegenwerttigen Brieffs / Auch Jm und ſeinen Erben fürbaßer davon gehorſam und gewertig ſeyeſt / und dich wider Jn noch die ſeinen / damit nit ſezeſt / noch an kein frömbt ende thuſt / „Sonder gegen Jm alß deinem Erbherrn und Lan„desfürſten gehorſamlich halteſt /„ Daran thuſt du unſere ernſtlich Meinung und gut Gevallen / Geben zu Grez am Sambſtag vor dem Sontag Invocavit in der Vaſten / nach Chriſti Geburthe Vierzehenhundert / und im Sechs und funfzigſten; unſers Reichs im ſechzehenden und des Keyſerthumbs im vierten Jaren.

Ad mandatum Domini Imperatoris
in Conſilio,

Ulricus Wetzli,
Vice-Cantzeler.

(c) Interim exceptioni locus relinquitur in Vaſallis Schrifftſaſſiis El. qui feuda ſimul Amtſaſſica habent, horum enim intuitu actionibus realibus in Præfecturis conveniri queunt, *juxta d. Receſſ. d. A. 1657. T.* **Wie ſich die Chur- und Fürſtl. Schrifft- und Amt-Saß zu verhalten / §. hätte**; pariter Schrifftſaſſii Vaſalli El. ſimultaneam Inveſtituram feudi Amtſaſſii cum ſunt nacti, ratione

ne

(c) Beſold. *Theſ. Pract. voce* Landſaß. *verb. ſic* hat Pappenheim. Schilt. *Diſſert. de Landſaſſ. c. 6. n. 31.* Richt. *V. 2. Conſil. 2. n. 9. ſeqq.* Dn. Berger. *de nexu jurej. fidel. & ſubj. th. 24. j.* Fecial. Europ. *Part. 1. p. 433.*

ne illius inveſtituræ & jurium inde dependentium, coram Duce, à quo iſtam adepti ſunt, reſpondere tenentur. *ſecundum d. Rec.* §. Da aber. 7.

§. XXIII. Et quia Electores Ducesque Saxonici, ut ſupra dictum eſt, in ſimultaneè inveſtitis æqualem receperunt formulam, ad fidelitatis & ſubjectionis leges obſtringentem, atque divelli eorum ſubditorumque conditionem in territoriis ſuis paſſi non ſunt, extenſus eſt etiam, per obſervantiam, à qua recedendum non eſt, *l. 24. ff. ad munic.* effectus fori competentis ad Simultaneè inveſtitos. Licet enim juramentum fidelitatis ſ. vaſalliticum, & ſubjectionis ſ. homagium, in eadem perſona concurrens in aliis quoque non paucis Germaniæ territoriis vigeat, atque ab eodem ſolo in iis plenaria hæc fori competentia, generaliter & per ſe, non dependeat, quo reſpexit reſpondendo *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Dec. A. 1700.* ſingulari tamen eaque continua immemoriali apud nos illuc perventum eſt obſervantia, ut utriusque juramenti nexus in clauſo hoc territorio etiam apud ſimultaneè inveſtitos attenderetur, qui conjunctim hoc jusjurandum perſolvunt. *vid. Joh. Georgii II. Mandat* wegen Suchung der Lehn und geſamten Hand den *1. Junii 1657.* §. und anfänglich zwar/ nachdem ein ieder Vaſall ſchuldig/ ſeine Lehen oder geſamte Hand zu rechter Zeit/ und/ wo müglich/ in eigner Perſon zu ſuchen/ und dabey die gewöhnliche Erbhuldigung und Lehnspflicht ſelbſt abzulegen. *A. C. S. p. 25.* & per ſimultaneam Inveſtituram radicatum jus reale & præſens, cum poſſeſſore quodammodo commune, ſucceſſionemque tribuens, in feudo nanciſcuntur, vi cujus Vaſallus, absque eorum conſenſu, feudum nec alienare nec pignori ſupponere poteſt. Torgau. Ausſchrei

 ben

ben *d. A. 1583. T.* Welchergeſtalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. und dieſes. *(a)* Atque illud juramentum ſimultaneè inveſtitorum homagio junctum apud nos forum competens operatur, etiam quoties ipſi in territorio noſtro, quod clauſum eſſe monuimus, nec poſſeſſiones nec domicilium habent, *(b)* id quod efficit Jus Landſaſſiatus plenarium in Saxonia ex antiquiſſimis, quæ recenſita ſunt, principiis introductum & conſvetudine notoria ſic extenſum. Unde Suprema noſtra Provincialis Curia conſtantiſſime, & ſæpe in contradictorio, hoc fundamentum tutata eſt; at omnino confidere licet conſvetudini in judicio contradicto frequenter, auctoritate rerum judicatarum, in Regiminibus & Curiis Provincialibus Saxonicis, confirmatæ. *l. 34. ff. d. legibus. j. l. 24. ff. ad municip.* Electoralibusque ac Regiis reſcriptis approbatæ & in Curia Provinciali Jenenſi Lege publica munitæ. conf. Hof-Gerichts-Ordnung zu Jena. c.17. ibi: Wie denn auch diejenigen / welche die geſamte Hand an einem Lehn-Gute erlanget / unangeſehen / daß ſie der ende perſönlich nicht wohnen / oder auch weder Herd noch Rauch halten ſolten / ſie doch bey Verluſt der geſamten Hand / zu erſcheinen vorgeladen, auch in nochmahliger Verbleibung der Parition, nach Befindung / der geſamten Hand verluſtig erkant / und ſolches an gehörigen Ort und

(a) Berl. *p. 2. Concl. 58. num. 1. ſeq.* Richter. *Vol. 2. Conſ. 454. n. 16.*

(b) Carpz. *lib. 6. Reſp. 115. n. 19. ſeqq. it. Dec. 179.* Schilter. *ad ff. Ex. 13. §. 27.* Dn. Berger. *de nexu jurejur. fidel. & Subject. th. 36.* Dn. Horn. *Jurisprud. Feud. c. 12. §. 30.* Bechmann. *d. feud. Exerc. Exoter. 4. ad lib. II. t. d. fratr. de nov. feud. inveſt. p. 113. n. 61.* Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 9. conf.* Gail. *de Areſt. c. 7. n. 8.*

und Lehenhof/zu deßelben Nachricht notificiret werden. *(c)*

§. XXIV. Ex quo prono fluit alveo, etiam Nobiles immediatos Imperii, ſive Vaſalliticum præſtiterint juramentum cum ſubjectionis vinculo conjunctum, ſive ſimultaneam Inveſtituram data ſolenni fide, in Saxonia noſtra, impetraverint forum competens, tanquam reos, in perſonalibus etiam actionibus, in Regiminibus Curiisque Provincialibus Saxonicis, agnoſcere teneri. Siquidem illud ex ſupra dicto Landſaſſiatu, apud Saxones introducto, & conſtanti obſervantia olim noviterque corroborato, dependet, *(a)* & extra dubium conſtituitur; ut proinde, quod *in Inſtrum. Pac. Osn. & Monaſt. art. 5. §. 28.* dicitur, in quibusdam locis liberam & immediatam Imperii nobilitatem ratione bonorum & reſpectu territorii aliis Statibus reperiri ſubjectam, ad Saxoniam noſtram recte applicari poſſit. Fruſtra huic Sententiæ objicies Privilegium Ferdinandi I. d. A. 1559. à Rudolpho II. Imp. confirmatum, *(b)* quippe quod conſulit Nobilibus immediatis adverſus nova ſubjectionis onera, verb. Neüerungen/ item unbefugter Weiſe/ de facto, impoſita; at jura Domino territorii antea quæſita non extingvit, & legitime

(c) Carpz. *Dec. 179. n. 9. id. l. 6. R. 115. n. 19. ſeq.*

(a) Carpz. *d. Privil. El. & Duc. Saxon. de non-appelland, th. 53.* Richter. *Vol. 2. Conſ. 2. n. 22. ſeq.* Horn. *Jurisprud. Feud. c. 5. § 34.* conf. Illuſtr. Dn. Seckendorff. *in Addit.* des Teutſchen Fürſten-Staats *P. 1. c. 4. §. 3. p. m. 49.*

(b) Limn. *l. 6. c. 3. n. 49.* j Kayſ. *Leopoldi Mandatum,* daß niemand die ohnmittelbahre Reichs-Ritterſchafft in Francken ꝛc. *d. A. 1678. verb.* wieder altes Herkommen. ap. Lunig. im Teutſchen Reichs-*Archiv. Part. gen. p. 676. ſeq.*

time quærenda non impedit. *a. l. 2. §. 10. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 4. C. d. emanc. liber. j. Cap. Leop. art. 3. 44. l. 29. C. d. pact.* Cæterum dantur etiam Vaſalli, qui feuda ſua ab Electore Saxoniæ tenent, extra territorium illius ſita. Hi ad Diætas Provinciales non ſolent vocari nec oneribus communibus Electoratus alligari, jurejurando tamen, inſtar reliquorum Vaſallorum Saxoniæ El. adſtringi. Ita Nobiles *de Lukka* in Teichenau, in Ducatu Sweinicenſi Sileſiaco, ipſum prædium Teichenau, tanquam feudum El. Sax. poſſident. *(c)* Item Comites Hanovienſes ab Electore Saxoniæ diverſa recognoſcunt feuda, *(d)* & Comites Pappenheimici, tanquam Vice Mareſchalli S. Rom. Imperii, ſiquidem Senior Familiæ, Mareſchallus hæreditarius Imperii, de arce & Civitate Pappenheim pertinentiisque illius ab Electore Saxoniæ inveſtitur; quatenus hi Comites, etiam in communibus Cauſis Familiæ, cognitioni Electoris Saxoniæ ſe ſubmiſerint A. 1580. ſimiliaque lubentes præterimus. *(e)*

§. XXV. Verum, an Status Imperii etiam, propter Vaſallagium cum homagio cohærens, quod accepto feudo ſimultaneave inveſtitura facta præſtitit, in territoriis clauſis pro hujusmodi ſubdito haberi queat, controvertitur. Nobis, ſalvo aliorum judicio, affirmativa ſententia ſolidis inniti fundamentis videtur. *(a)* Sicuti enim in genere

(*c*) conf. Memorial. Corp. Evang. die Teichenauiſche Kirchen-*Demolition* betreffend, *dictat. Ratisb. d. 1. Jul. A. 1710. per* Chur-Sachſen. *in Elect. Jur. Publ. d. A. 1710. p. 822.*

(*d*) Fecial. Eur. *P. 1. p. 613.*

(*e*) conf. *id. P. 1. p. 704.* Imhof. *Not. Proc. Germ. l. 7. c. 11. §. 13. ſeqq.*

(*a*) Conf. Illuſtr. Seckendorff. *in Addit.* des Teutſchen

nere ſuperior ab inferiore feudum recognoſcere, *a. II. f. 100.* illiusque Jurisdictioni ſe ſubmittere haud prohibetur. *l. 14. ff. d. jurisd.* ita Statum Imperii, tanquam Coimperantem, ac voto & ſeſſione in Comitiis gaudentem, alterius Status Jurisdictionem & Superioritatem territorialem revereri nihil repugnat, cumque ſint ad Dignitatem Comitum & Baronum in Imperio quondam evecti introductique, qui immediata bona Imperii, tuendæ dignitati ſufficientia, non habebant, aliorumque Statuum territorio ſuberant, ſalvo iſtorum Statuum Jure Superioritatis. *R. I. Auguſt. d. A. 1548. §. 66. 71. R. I. d. A. 1654. §.* überdieß. *197. Cap. Leop. art. 44.* per ſe nihil impedire conſtat, quo minus in Imperio coimperans alterius coimperantis poteſtatem agnoſcat, ita, ut actor optionem habeat, utrum in Judicio Imperii, an vero in Regimine Domini territorii, ipſum convenire malit. *a. l. 2. §. 3. ff. d. eo quod cert. loc.* (*b*) Neque enim alienum à jure eſt, quenquam diverſa eademque inæqualia ſimul ſortiri fora, ceu in Academicis civibus, quoties ſimul Schrifftſaſſii intuitu officii prædiorumve ſunt, in Electoratu noſtro accidit. Præterea nemo ſibi cauſam poſſeſſionis ſuo arbitratu mutare poteſt. *l. 3. §. 19. l. 19. §. 1. ff. d. acquir. vel am. poſſ.* quisquis igitur, antequam dignitatem Status Imperii conſequitur, ſubditus alius Im-

H perii

Fürſten-Staats. *ad c. 4. §. 3. n. 14. p. m. 49* Burgold. *Notit. rer. Imp. Rom. Germ. P. 1. Diſc. 23. num. 3.* Wehner. *in Obſerv. Pract. voce* Landſäßerey. *verbis : idque declaro.* Rhet. *Comment. in Jus Feudal. Comm. lib. 1. t. 1. p. 129. ſeq.* Dn. Horn. *Jurispr. feud. c. 5. §. 34.* Eyben. *Elect. Jur. feud c. 11. §. 15.* Richt. *V. 2. Conſ. 2. n. 5. ſeq.* Diſſ. Maurit. *de Matric. Imp. th. 20.* Zachar. Vietor. *de Cauſis exemtion. Imp. Concl. 30.*

(*b*) conſ. Carpz. *Proc. t. 3. art. 1. num. 51. ſeq.* Zanger. *de Except. Part. 2. c. 1. n. 95. ſeq.*

perii Status fuit, novum, quem nactus eſt, honorem in præjudicium Domini territorii uſurpare nequit. *Cap. Leop. art. 44.* Item, quando Status Imperii fundos, vi ſimultaneæ Inveſtituræ, vel ex alio titulo legitimo, acquirit, in illo ſita territorio, ubi pleniſſimus Landſaſſiatus viget, commodis eorum fruiturus incommodis ſe ſubducere non poteſt. *a. l. 40. ff. d. legat. 3. pr. l. quib. non eſt permiſſ. fac. l. 10. ff. d. R. J.* &, uti Vaſalli conditio impedimento non eſt, quin is ad jura Statuum Imperii emergere queat, ita eadem conditio, acquiſita hac prærogativa, merito perſeverat, nec Statu Imperii indigna exiſtimatur. Exempla in Electoratu Saxonico ſiſtimus in Comitibus Stolbergenſibus & Schœnburgicis, qui Statuum Imperii titulis & beneficiis coruſcant, nihilominus inter Potentiſſimi Electoris noſtri Landſaſſios, ac per conſequens ſubditos, relati, foro, etiam in perſonalibus, in Regimine Dresdenſi & Suprema noſtra Provinciali Curia, ſe ſubducere non poſſunt, (c) ceu quotidiana experientia fortiſſime probat: ſic enim in perſonali actione ſententia condemnatoria in *S. P. C. L.* lata *eſt in C.* Fr. *M. S. D. A. C. P.* E. :/: D. W. H. *C. L.* G. zu Stolberg. *Term. Remin. 1699.* & ſæpius, de Comitibus Schœnburgicis & judicatis in eorum cauſis infra plenius agendi dabitur anſa. *j. th. 27. ſeqq.*

§. XXVI. Quod fundamentum non evertit, haud incognita alias, inter homagium reale & perſonale, diſtinctio. *a. c. un. §. verum. de Stat. regul. in 6. II. f. 5. j. l. 17. §. 5. 13. ff. ad municip.* dum haud pauci concedunt Status, intuitu immobilium, homagio reali adſtringi, non æque perſonali; adeoque in foro domicilii conveniendos eſſe.

(c) Fecial. Europ. *P. 1. pag. 643. 655.* Horn. *Jurisprud. eud. c. 5. §. 34.* conſ. Imhof. *Notit. Proc. Imp. l. 6. c. 18. §. 14.*

ſe. (*a*) Nam in Saxonia noſtra Vaſalli, fidelitatem & obſequium promittentes, ob ſæpe dictum jus Landſaſſiatus, non reale, ſed perſonale, præſtant homagium, quia, absque iſto ſubjectionis vinculo, & inde fluente foro competente in actionibus quoque perſonalibus, immobilia illic poſſidere non permittitur. (*b*) Atque ex iſto deducitur principio haud obſcura ratio, cur ad eorum, qui ſimultaneam inveſtituram ſuo facto quæſiverunt, filios fori competentia haud transmittatur: nam quia perſonale eſt, quod perſolvit ſimultaneè inveſtitus, jusjurandum, & ratione juris, quod in feudo radicatum eſt, appellatur ſaltem **ein Lehnmann**, vinculum illud perſonam jurantis haud egreditur, &, tanquam jus ſingulare, extenſionem iſtam haud patitur. *a. l. 14. l. 16. ff. d. legib.* itaque ante, quam à filio ſimultaneè inveſtiti impetrata fuerit, cum religione conſveta, de fide obſequioque præſtando, inveſtitura, quæ cauſa eſt fori in Supremo Appellationum Judicio Curiisque Provincialibus competentis, effectus etiam deficiet. *cap. 60. X. de Appellat.* (*c*) Verum filii, ulterioresve Deſcendentes Vaſallorum, inveſtitura paterna efficaciſſime comprehenſi, & Parentibus Schrifftſaſſiis pares, cenſentur; proinde, tanquam Schrifftſaſſii, in Judiciis noſtris ipſo jure forum ſortiuntur. *a. l. 11. ff. d. lib. & poſth. bær.*



(*a*) Vietor. *d. cauſ. exemt. Imp. Concluſ. 29. j.* Lyncker. *Dec. 870.*

(*b*) Dn. Berg. *Diſſert. de nexu jurisj. fidel. & ſubject. th. 26. 35.* Schilter. *de Landſaſſ. c. 6. n. 34.* Ziegl. *Commun. Concluſ. ad Aur. Prax. Calvoli. §. Landſaſſii. Concl. 1. n. 39.*

(*c*) Carpz. *l. 2. Reſp. 12. n. 17. ſeq.* Horn. *d. l.* Bechmann. *Exerc. Exot. IV. ad lib. II. t. 12. d. fratr. de nov. benef. inveſt. p. 113. num. 62.*

*Conſt. El. N. 1.* §. Dergleichen. §. Wann aber. *(d)* Nam ad feudorum ſucceſſores deſcendentes jus feudi, auctoritate Juris feudalis, tranſit. Lehn-R. *c. 21. & 6. verb.* Der Vater erbet auff den Sohn die Gewehr des Lehns mit ſamt dem Gute/ darum darff der Sohn nicht/ daß man ihn mit der Belehnung an des Vaters Gut weiſe ꝛc. & filiorum filios omnino Parentum ſuorum ingredi locum in conventu Populi Stelæ, Ottone I. imperante, armis in duello, juxta morem illius ſeculi, deciſum eſt. *(e)* Si quis autem Vaſallus aut ſimultaneè inveſtitus evitare velit de facto iſtud forum, vel Fiſcalis accuſationem ſuam ad privationem dirigere poteſt, auff die Einziehung der Lehn, oder Mitbelehnſchafft, aut pro re nata comparitio injungi ſub comminatione jacturæ der Mitbelehnſchafft: nam, qui commodum ex cohærente fidelitatis & ſubjectionis nexu capere, onus autem eidem cohærens defugere cupit, emolumento hoc exui meretur. *a. I. f. 21.* ſiquidem ſecundum naturam eſt, commoda cujusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. *l. 10. ff. d. R. J. conf.* Hoff-Gerichts Ordnung zu Jena. *c. 17. verb.* bey Verluſt der Mitbelehnſchafft. *(f)*

§. XXVII. Et quoniam Domini Comites de Schœnburg Status ſunt Imperii, & quibusdam prærogativis, vi pactorum & obſervantiæ, in Saxonico quoque territorio gau-

*(d)* Mod. Piſt. *P. 4. q. 169.* Carpz. *P. 4. C. 43. d. 11.*

*(e)* Witechind. *Annal. lib. 2. p. m. 17.* Sigebert. *Gembl. Chron. d. A. 942. p. m. 586.* Magn. Chron. Belg. *p. 79.*

*(f)* Dn. de Lyncker *ad Struv. S. J. F. c. 11. aph. 2. num. 1. verb. aliquali ſubjectione.* j. Andr. Knichen. *de Veſtitur. Paction. c. 1. n. 39.* Lud. Schrad. *d. feud. 2. Part. 9. Part. Princ. Sect. 6. n. 18. pag. m. 493.*

gaudent, nihilominus in feudis, etiam Bohemicis, in noſtra Saxonia ſitis, Superioritas Territorialis Electori Saxoniæ & Regi noſtro longe clementiſſimo ſemper inviolabiliter eſt conſervata, nonnunquam vero, feudi & territorii jura haud ſatis diſcernentes, ſive conſiliis ſive patrociniis adhibiti, variis illuſtriſſimos Comites onerarunt difficultatibus, quas jam olim, ex impetratis ad relata Reſponſis, natas eſſe conſtat, (a) expediendæ huic materiæ & tranquillitati tam illuſtris Familiæ, ut opinor, ſerviet, ſi per exempla, inprimis ab Ipſis & Majoribus eorum petita, incedamus, &, quod ſub manu eſt, thema hac occaſione declaremus, ita tamen ut nemini præjudicium aut incommodum, modeſtiæ limites haud egreſſuri, parare cupiamus.

xam evidentemque deductionem, ſub dato d. 9. Jan. A. 1618. ad Bohemicos Officiales, die Land-Officier, tranſmiſit, iſtamque Commiſſionem in Territorio Electorali locum non invenire declaravit, proptereaque ſolenniſſime proteſtatus eſt, modum vero procedendi, cum ad Proceſſum formandum adverſus Reum ſe Domini de Schœnburg obtuliſſent, ita determinavit Reſcripto Electorali de d. 22. Dec. A. 1617. ut jus appellandi adverſus definitivam ad Electorem Saxoniæ, tanquam Territorii Dominum, ſalvum relinqui gravato juberet, poſteaque, cum fratris occiſi necem ſe vindicaturos Domini Schœnburgii profeſſi eſſent, rationem ulterius procedendi adverſus fugitivum, Reſcripto ſingulari ad Sebaſtianum Metzſchen / Hauptman / & Joachimum Mullerum, Amtſchöſſer zu Zwickau directo de d. 9. Jan. 1618. definiret, atque poſſeſſionem ſuam Superioritatis Territorialis notoriam & immemorialem in contradictorio conſervaret, continuaret, ſtabiliretque. Pariter Loth de Minckwiz adverſus Dominum Georgium de Schœnburg, Dominum Glauchæ & Waldenburgi, A. 1580. querelam, ob rite non adminiſtratam juſtitiam, *a. l. 15. §. 1. ff. d. judic. O. C. part. 3. t. 53. §. f.* cum hæreditatis poſſeſſionem adipiſci intenderet, in ſuprema Curia Provinciali Lipſ. movit, ubi, poſt Schœnb. Præfecto Glauchæ factam inſinuationem citationis & libelli, partium Procuratores & Advocati in Termino comparuerunt ac d. 2. Jun. per compromiſſum, in regiſtraturam redactum, cauſam ad d. 13. Sept. diſtulerunt, quo, niſi eadem amice componeretur, partes, absque nova citatione, ſe ſiſterent, &, ceu fieri in primo hoc termino debuiſſet, amicabilis compoſitio tentaretur, eaque ſperato exitu carente, via juris procederetur. Unde

haud

haud obſcurum agniti fori capitur argumentum, quia & citatio rite inſinuata litis pendentiam peperit. *Clem. f. ut lit. pend. nihil innov.* & ſubſecuta comparitio una cum compromiſſo, ejusque ſpeciali tenore, forum competens ſatis declaravit. Nec aliud in Officialibus Schœnburgicis obſervatum; ſic enim notabiliter contigit Anno jam 1629. ut Barbara **Schreinerin und** Conſ. è Bohemia convenirent **die herrlichen Schönburgiſchen Regirungs-Rähte zu Glaucha und** Conſ. ob denegatam Juſtitiam in ſuprema Curia Provinc. Lipſ. rei igitur, poſt inſinuationem citationis Glauchæ &c. factam, in Termino d. 18. Jun. comparuerunt, in quo Actrici, ratione conſortium, injuncta eſt rectior legitimatio, cujus defectum cum ipſa ſuppleviſſet, reique celerem juſtitiæ adminiſtrationem promiſiſſent, inter partes d. 17. Sept. publicatio facta eo reſpicientis decreti: **Weil Schönburgiſche Regierungs-Rähte Anwald zugeſaget und angelobet, daß ſeine** Principalen **Clägern wieder Beklagten ſchleunige** Juſtiz adminiſtriren **wollen und ſollen, zugleich auch Mit-Beklagten Anwald ſich erkläret, daß auch ſein** Principal **ſich daſelbſt ſtellen und einlaſſen wolte, als iſt die Klage alhier vor dieſesmahl eingeſtellet worden.** Qua cauſa pendente memorabile eſt intercesſionales pro actricibus ad ſupra laudatam Curiam, ſub dato d. 27. Febr. 1630. à Civitate Bohemica Plattena: **Richter und Raht der Kayſerl. freyen Bergſtad Platten,** præſentatas d. 16. April. A. 1630. transmiſſas eſſe. Quamvis autem ab initio controverſiam, ceu monitum eſt, ad Judicem priorem remitti viſum ſit, poſtea tamen, eo quod actrix ulteriorem Proceſſum illic non petierat, adeoque Conſiliarii Schœnburgici fidem datam haud violave-

rant,

rant, ipſis è lite dimiſſis, cauſa, quatenus conſortem, Weidehoff/tetigit, avocata plenarieque in curia noſtra eſt tractata. Compulſoriales quoque ad edenda inſtrumenta in Cauſ. M. Gregorii Luppen zu Paupitzſch :/: den Wohlgebohrnen Herrn Hanß Georgen Herren von Schönburg zu Glaucha und Waldenburg emanarunt A. 1635. an die Schönburgiſche Regirung zu Glaucha/ more in Saxonia noſtra recepto. Carpz. *Dec. 208. n. 16. ſeq.* quibus Regimen illud promte paruit, imperavitque editionem Johannis Bachtii hæredum tutoribus, cumque adverſus eosdem hæredes arctiores compulſoriales per ſententiam, intuitu Documenti ſub N. 4. eſſent decretæ, Term. Luciæ 1635. iſtique obſequium non præſtitiſſent, illæ ſub mulcta 30. 60. 120. aur. Rh. ſunt repetitæ, & hæ quidem ſub dato d. 11. April. Ann. 1636. pronunciatumque Term. Trin. 1636. daß Kl. zu edition des Documents ſub N. 4. die gebethene arctiores compulſoriales mitgetheilet/ und die albereit verwürckte Strafen billich eingebracht werden. V. R. W. Stylo in ſuprema Curia Prov. noſtra ſatis perſpecto. conſ. Dn. Swend. *ad Proc. Fib. p. 693. ſeq.*

§. XXXVII. Cum vero Inhibitionum decretarum ingens ſit multitudo, ſaltem ſummo digito nonnullas tangi expediet. Ita (1) ad inſtantiam David Röhrbachs/ geweſenen Schöſſers zu Waldenburg/ 2c. contra Herrn Wolff Ernſten/ Hanß Georgen und Otto Wilhelmen/ Herren von Schönburg/ Herren zu Glaucha und Waldenburg/ diverſæ ſunt emiſſæ Inhibitiones propter Proceſſum Inquiſitorium contra Röhrbachen inſtitutum, & res ejus detentas &c. è quibus numero tertia cum comminatione mulctæ 200. aur. Rh. ſub

dato

dato d. 5. Jul. 1613. prodiit, cumque ſupra dicti Domini Schœnburgii apud Johannem Georgium Elect. Sax. vivæ memoriæ, eo nomine ſupplicando querelas moviſſent, rationesque ſui facti ſuprema Curia Provincial. reddidiſſet d. 9. Sept. A. 1613. modus hic procedendi approbatus eſt verbis: Wann Wir dann aus angeregten eurem Berichte vermercken / daß ihr zu Ertheilung oberwehnter Inhibition gnugſame und erhebliche Urſachen gehabt / als laſſen wir es dabey auch allerdings bewenden / begehrende / ihr wollet euch nunmehro nichts irren laſſen ꝛc. (2) Comitiſſa Stolbergenſis, Maria Magdalena :/: Dn. Auguſtum Siegfriedum & Dn. Johannem Caſparem, Dnn. de Schœnburg zu Glaucha und Waldenburg / Inhibitionem ſub dato d. 17. Maji 1625. nacta eſt, propterea quod, auff einen Oberhoffgerichts Abſchied de d. 22. Febr. 1611. immiſſa erat in poſſeſſionem der von Fr. Catharinen Agathen / herrlichen Schönburgiſchen Witben / verlaſſener Erbſchafft und Güter / und unter andern auch der Hutweide zu dem Gute Eltzenbergk oder Trützſchler genant im Amte Glaucha gelegen / ſo wohl ins Gut / Schlepitzen Gut genant / und dann eine Mühle zu St. Peter in der Lungwitz ꝛc. ſed in quieta poſſeſſione ſe partim turbatam, partim iſta exutam eſſe conquerebatur, quæ Term. Luciæ prævia partium diſceptatione A. 1625. confirmata eſt per ſententiam: Daß die ausgebrachte Inhibition billich bey Kräfften bleibet, eaque, interpoſita Leuteratione, corroborata Term. Reminiſcere 1626. & cum, Appellatione ibique nova Leuteratione adhibita, parem meruiſſet calculum, tanquam ſententia vires rei judicatæ conſecuta, ſub dato d. 21. Aug. 1627. ad ſupremam Curiam Provincialem noſtram remiſ-

ſa eſt. (3) Ad implorationem Domini Henrici, Domini de Reus, :/: Dn. Haucken von Schönburg zu Waldenburg emanavit Monitorium ſub dato d. 13. Jun. Anno 1616. poſteaque Inhibitio è ſuprema Curia Provinciali, eo quod, cum der Teich und das Höltz / der Thiergarten genant / zu Ziegelheim in priſtino ſtatu conſervari debuiſſent, juxta conventionis tenorem, contra eundem vero arbores eradicatæ & novæ in eo loco conſtitutæ eſſent ædiculæ, harum imperata demolitio, atque iſta Inhibitio Term. Cruc. A. 1618. utraque parte audita, in vim ſimplicis citationis reſoluta eſt. Item (4) Nicol Richter zu Wiettgendorff :/: Dn. Joh. Georgium Dn. de Schœnburg, Dn. Glauchæ & Waldenburgi, non obſtante illius refutatione implorationis, impetravit Inhibitionem propter attentata & turbationes, im Bierſchancke / pendente lite ſub dato d. 28. Maji 1627. (5) Præſidium in Inhibitione quoque quaſivit invenitque Frau Maria Eliſabeth / Sebaſtian Friedrichs / Edlen von der Planitz zu Goltz Witbe und Conſ. :/: die herrliche Schönburgiſ. Regirung zu Glaucha / turbata in poſſeſſione des Schaffhaltens zum Thurm / atque hæc Inhibitio non tantum per ſententiam confirmata Term. Cruc. 1659. ſed etiam cautio de non amplius turbando, Notulæ in ſuprema Curia Provinciali receptæ congrua, ſub dato Glauchæ d. 8. Jun. 1660 cum ſubſcriptione: zur geſamten Schönburgiſchen Regirung verordnete Rähte daſelbſt / impetranti tradita eſt, expenſarumque reſtitutio, moderatione accedente, imperata in ſententia Termini Trin. A. 1660. pronunciata. Non addam plura in re notoria, & per ſecula, continua ſerie, decurrente, Specialiora ex infinitis fere Voluminibus peti poſſent, e. g. Herren

ren Simons / Grafens von der Lippe Kl :/: Herrn Veiten Herren von Schönburg / zu Glaucha und Waldenburg Bekl. qui executive conventus eſt in noſtra Curia ex obligatione ad ſortem 3500. th. cum uſuris & expenſis, reſtituendam; ubi inſinuatio citationis, ductu recognitionis d. die 6. Nov. 1618. facta ins Amt Lichtenſtein, & in Term. Trin. 1620. pron. Daß die ohne Eyd angegebene Expenſen auf 43. fl. 9. gr. 3. pf. billich gemäßiget werden / inmaſſen wir ſie hiermit alſo moderiren und mäßigen / welche Bekl. Kl. zuerſtatten ſchuldig / in ermangelung gütlicher Entrichtung werden Kl. die gebetene Executoriales hierzu / ſo wohl auff die Hauptſache, billich mitgetheilet. V. R. W. Atque hæ executoriales ſunt emiſſæ an Sebaſtian Metzſchen zu Plohn / Hauptmann, und Salomon Gerhardten / Amts Befehlichshabern zu Zwickau ſub dato d. 11. Nov. 1620. & cum A. 1625. in bona hypothecata injuncta ipſis eſſet immiſſio, ſub d. diei 8 Sept. eadem, id docente regiſtratura, eſt expedita d. 3 Octobr. ej. Anni in die Schäfferey zu Lichtenſtein / Wirthshauß und Schäfferey zu Oberlunckwitz / den Streitwald und Birchholtz / inſerta enim fuerat obligationi Domini Viti Dn. de Schœnburg de dato A. 1608 d. 25 Aug. formula: Haben wir davor unſere Güter, ſonderlich aber unſere Schäfferey Lichtenſtein und das Birchholtz ſo viel deren dazu vonnöthen, hypotheciret und verunterpfändet. *conf. O. P. S. t. 19. § f. j. P 2. C. El. 21.* Brevitatis ſtudio alia, veluti Cauſam Frantz Rietzens / Weinhändlers zu Leipzig Kl. :/: Herr Hanß Georgen, Herren Hanß Heinrichen und Herren Chriſtian / Herren von Schönburg / Bekl. d. A. 1620. Hanß Zippels / Handelsmans

mans zu Leipzig Kl. :/: Herrn Otten Albrechten und Herrn Veiten Gebrüdere von Schönburg zu Glaucha und Waldenburg. d. A. 1639. ſimiliaque præterimus, ne vel ſola nominatione cauſarum veterum novarumque, ceu facile fieri poſſet, impleantur folia, illud ſaltem adjicientes, quod Electores Saxoniæ plus vice ſimplici Advocatos & Conſultores Schœnburgicos, ex brocardico communi, Statum Imperii in ſuo territorio tantundem, ſi non plus, quam Imperatorem, in Imperio valere, criſtas nimium erigentes & perperam in Territorii Saxonici præjudicium varia molientes, carceris & ſeveriores quoque animadverſiones ſenſiſſe, iisque coercitos eſſe. *conf. Cap. Leop. art. 7. Cap. Car. VI. art. 15. inf.*

§. XXXVIII. Comparatione rei immobilis, ſive allodialis ſive feudalis, item vi ſimultaneæ inveſtituræ, conſtitutum vinculum, ſubjectionis in locis, ubi ſupra dictus Landſaſſiatus pleniſſimus attenditur, in Vaſallis & ſubditis diſſolvitur (1.) per amiſſionem rei iſtius immobilis, ſive feudum ſit ſive allodium, item jacturam ſimultaneæ inveſtituræ, nam naturale eſt eodem genere quidvis diſſolvi, quo colligatum eſt. *l. 35. ff. d. R. J. j. II. f. 38.* & quamvis indeterminate, & citra reſtrictionem, ſit juratum, intentio tamen excutienda eſt, ultra quam actus non operatur. *a. l. 19. ff. d. R. C.* cum igitur Dominus territorii clauſi jurantem non diutius eſſe in obligatione voluerit, quam rem immobilem, aut ſimultaneam inveſtituram, in ſuo territorio haberet, amiſſa re, intuitu cujus qualitas ſubjectionis cœpit, etiam conditionem iſtam exſpirare neceſſe eſt. *a. l. 4. §. 1. ff. d. mun. & bon.* ſiquidem ſublata cauſa tollitur effectus. *a. c. 60. X. de appellat.* (a)

(2.) Vo-

(a) Leyſer. *de Landſaſſ. th. 37. j. th. 26.*

(2.) Voluntate Domini Territorii aut expreſſa aut tacita; expreſſa, veluti Privilegio aut pacto. (b) Hoc autem ita debet eſſe comparatum, ut effectu non deſtituatur. Et ſi enim Princeps velit remittere Landſaſſiatum, & Comitem vel Baronem eximere à nexu Provinciæ cum Statuum Provincialium præjudicio, exitu ea res carebit. Siquidem horum intereſt, ne Conſtatus ſe oneribus communibus ſubtrahat reliquosque aggravet, hinc ad intereſſe præſtandum agere queunt. Neque talis Landſaſſius immunis erit ab omni vindicatione, ſi vel maxime exemtionem titulo oneroſo impetraverit, quandoquidem ejusmodi jura non ſunt in libero commercio, ſed, quia ad integritatem ſtatus & Provinciæ pertinent, pro non alienabilibus habentur. *a. c. 33. X. d. jurejur.* (c) Voluntate tacita interit noſter Landſaſſiatus, e. g. Præſcriptione immemoriali, quæ Privilegii vim habere ſolet. *c. 26. X. d. V. S. l. 2. §. 3. ff. d. aqv. & aqv. pluv. arc. act. R. I. d. A. 1548. §. 59. I. P. O. & M. art. 5. §. 27. A. B. c. 8. §. 1.* (d)

§. XXXIX. Quoniam autem egregie cautum eſt Legibus Imperii fundamentalibus, ne in præjudicium Superioritatis Territorialis vel nova dignitas impetrata vergeret, *Cap. Leop. art. 44.* verb. Soll auch durch eines oder anderen unter Chur-Fürſten und Ständen des Reichs Geſeßenen und Begüterten zu höhern Standes



(b) vid. Exemplum apud Dn. de Lyncker. *de Libertat. Stat. Imp. p. 34.*

(c) Cujac. *ad cap. 33. X. d. jurejur. p. m. 263.* Gonzalez. Tellez. *ad d. c. n. 3.* Grot. *d. Jur. B. & P. l. 2. c. 6. §. 11.* Sand. *de probib. rer. alienat. c. 6. §. 2. n. 15.*

(d) *j. th. 13. 14. ſupra* Dn. Caſp. Henr. Horn. *Jur. Publ. Rom. Germ. Prud. c. 61. §. 5.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0103-8

des Erhebung / dem Juri territoriali nicht nachtheilig ſeyn ꝛc. vel ſub prætextu Dominii Directi, der Lehns-Herrſchafft / quisquam ab Imperio Domini Territorialis eximeretur. *Cap. Leop. art. 3. Carol. VI. art. 15. j. th. 18. R. I. d. A. 1654. §. 164.* ſatis liquet, territorio clauſo ſubjectum, qui feudum Bohemicum aut etiam immediatum Imperii poſſidet acquiritve, nihil inde, quod in detrimentum Superioritatis Territorialis cedat, jure moliri poſſe aut debere, nec ipſum literas inveſtituræ aliter obſtringere, quam ita, ut ſalva ſint Domino territorii competentia jura, nam in omni juramento debet intelligi jus Superioris exceptum. *c. 19. X. d. jurej.* atque hoc vult adjecta Inveſtituræ literis Divi Leopoldi *d. A. 1677.* clauſula: *ſalvo cujuscunque jure*, quæ etiam ſubintelligitur. *a. l. 63. ff. d. re judic.* ipſumque pactum tale, licet juratum, ad cauſas alias, quam quæ ſunt feudales, ex ſubſtrata materia præſumtaque juſta & æqua intentione partium, non eſt extendendum. *a. l. f. C. d. non-num. pec. j. c. 19. 31. 33. X. d. jurej. l. 4. C. d. emancip. lib. l. 4. C. d. legib.* (a) Hinc ſtudioſe diſcernendæ ſunt cauſæ, vi Superioritatis territorialis, in Curiis Provincialibus & Aula expediendæ, ab iis, quæ in Curia feudali dirimendæ. Ut igitur ad normam certam convertamur, Cauſas feudales coram Domino feudi, non feudales coram Domino territorii cognoſcendas eſſe deducturi, Cauſas feudales deſcribimus, quod ſint Controverſiæ inter duas pluresve perſonas qualitate feudali in eadem Curia præditas de re factove feudali coram Judice feudali decidendæ. *II. f. 55. §. f. j. II. f. 15.* Ubicunque igitur qualitas feudalis perſonarum aut rerum in dubium venit,

(a) Schrad. *de feud. Part. 10. Sect. 3. n. 42. ſeqq.* Covarruv. *Part. 1. relect. c. quamvis, d. pact. in 6. §. 4. n. 1.*

venit, fundamentum judicii feudalis deficit, adeoque Judex Ordinarius adeundus eſt. *a. II. f. 15. 20. 39. §. ſi inter II. f. 34. pr. & §. 4. ſi autem.* (*b*) nec ipſe judex feudalis de ſua competentia judicare poteſt. *a. dd. text. j. l. un. C. ne quis in ſua cauſ. jud. l. 10. ff. d. jurisd.* neque enim *l. 5. ff. d. judic. l. 2. §. 6. ff. eod.* ad alios judices, quam qui in genere jurisdictionem habent, aut ubi Jurisdictio penitus non exſtat, applicanda venit. (*c*) *l. 16. l. 18. C. d. judic. l. 9. ff. d. liberal. cauſ. c. 61. X. d. appellat. c. 4. X. d. for. comp. c. 4. d. jud. deleg. in 6.* (*d*) In dubio cauſa potius à Judice Ordinario, quam Domino item Curia feudali decidenda eſt. *a. II. f. 15. 34. §. ſi autem. a. c. 4. c. 15. X. d. for. comp.* jurisdictio enim feudalis eſt limitata, Jurisdictioni generali Ordinariæ ſuperinducta, ſtricti juris, ultra caſus expreſſos non extendenda, neque, comparative ad ordinarium generalem judicem, favorabilis, ſed odioſa & coercenda, regulæque inhærendum, donec doceatur exceptio. *a l. 12 §. 43 ff. d. inſtr. vel inſtr. leg.* (*e*) Unde etiam meri poſſeſſorii cauſam, *a. l. 12. §. 1. ff. d. acqv. vel am. poſſ. l. 35. ff. eod.* controverſiis feudalibus multi Dd. non accenſent. *a. c. f. X. d. judic. j. II. f. 37.* (*f*) Cum igitur mera immiſſio ex teſtamento vi *l. f. C. d. Ed. Div. Hadr. toll.* tanquam remedii Civilis, peteretur.

(*b*) Itter. *de feud. Imp. c. 25. §. 3.* Roſenth. *Syn. feud. cap. 12. concl. 4. n. 9.*

(*c*) Schrad. *d. feud. Part. 10. ſect. 2. n. 3. 22.* Eyben *Diſſert. de cauſ. feud. th. 10.* Roſenth. *Syn. feud. c. 12. concl. 4. n. 20.* Dn. Horn. *Jurisprud. feud. c. 25. §. 2.*

(*d*) Gail. *l. 1. Obſ. 34. n 6* Zanger. *de exception. Part. 2. c. 4. n. 21. ſeq.* Dn. Swendend. *ad Fibig. Proc. p. 315.*

(*e*) Roſenth. *Syn. feud. c. 12. concl. 12. n 30. n. 73.*

(*f*) Conf. Roſenthal. *Syn. feud. c. 12. concl. 12. num. 70. 71.* Sixtin. *de Regal. l. 1. c. 8. n. 23. ſeqq.* Chriſtin. *l. 6. Dec. 81. n. 2. 44.*

tur. (*g*) Von Herrn Sigiſmund Siegfrieden / des Heiligen Römiſchen Reichs-Grafen zu Promnitz Kindern und deren Vormündern ꝛc. :/: Herren Otto Albrechten / Herren von Schönburg / Herren zu Glaucha und Waldenburg / in hæreditatem, & in ſpecie die neuerkauffte Ritter-Güter Neſidörfſel und Rußdorf / atque ab initio exceptionis litis pendentis haberetur ratio, interpoſita Leuteratione *Term. Rem. A. 1666. pron. in S. C. P. L.* : Nunmehr auß denen Acten ſo viel zu befinden / daß Becl. ſeines Vorwendens ungeachtet / auff die erhobene Klage ſich einzulaßen ſchuldig / iedoch werden ihm ſeine Exceptiones, ſo viel derer erheblich / darbey einzuwenden billich vorbehalten / neque enim ad excludendum remedium *l. f.* attendendæ ſunt exceptiones in continenti haud liquidæ *a. d. l. f.* (*h*) quæ ſententia per modum Leuterationis confirmata *Term. Cruc. 1666.* fruſtra adhibito Appellationis remedio, quod rejectum eſt, ob gravaminum levitatem, per Reſcriptum ſub dato Dreßden den 22. Nov. 1666. Pariter, etiamſi Conſenſus Domini feudi in hypothecam ſit impetratus, poteſt tamen à Domino territorii in feudum fieri executio, & Curiæ feudali controverſia non vindicatur; ſiquidem æs alienum executioni in feudum anſam præbet, & Dominus Directus, qui conſenſit in oppigno-

*conf.* Sand. *Comment. in Gelriæ Conſvet. feud. tract. 3. §. 2. num. 14.* Eyben. *de Cauſ. feud. Sect. 1. §. 16.*

(*g*) Bald. *ad §. præterea. d. prob. feud. al. per Federic. n. 3.* Hartm. Piſt. *l. 1. q. 15. n. 28.* Roſenthal. *Syn. feud. c. 12. cl. 12. n. 64.* Schrad. *de feud. Part. 10. Sect. 5. n. 111.* Conf. Sand. *ad conſvet. feud. Geldriæ. tract. 3. § 3. n. 20. p. 232.*

(*h*) Brunnem. *ad l. f. C. d. ed. D. Hadr. n. 16.*

pignorationem, conſenſiſſe etiam creditur in alienationem ex ea cauſa ſubſequentem. *a. l. 7. §. 1. ff. d. reb. auct. jud. poſſ. j. l. 4. ff. d. pign. act. Dec. El. 67.* executionesque regulariter à Domino territorii ſunt expediendæ. *a. l. 13. §. 3. verb. ad majorem judicem. C. d. judic. j. Ferd. III. agnitio §. 31. relata.* (*i*) inquam ſententiam *pron. S. C. P. L. Termino Cruc. 1707.* (*k*) Item, ex pactis dotalibus ſimultaneè inveſtitorum & Domini Directi Reg. Bohem. & Imp. Ferdinandi conſenſu Anno 1650. munitis, egit ad præſtationem der Leib-Renthen coram ſuprema Curia Prov. Fr. Sophia Maria / Gräfin zu Solms / Herrn Georg Ernſtens / Herrn von Schönburg / hinterl. Wittbe :/: Herrn Otto Albrechten / Herrn von Schönburg / Herrn zu Glaucha und Waldenburg / & pro ſe impetravit condemnatoriam *Term. Cruc. A. 1666.* : Daß Herr Beel. ſeines Vorwendens ungeachtet / die von Walpurgis des abgewichenen 1664. Jahres verfallenen Leib-Renthen / ſamt den Zinſen von der Morgengabe und 10. Kühen / auch verſchriebenes Getreidig / Victualien / Holtz und Heu / Inhalts der recognoſcirten Eheſtifftung de dato Dreßden den 20. Nov. 1694. Fr. Klägerin zu entrichten ſchuldig.

§. XL. Quodſi de juribus, non Domini feudi in relatione ad Vaſallum, neque Vaſalli in relatione ad Dominum, neque Convaſallorum mutua obligatione ex qualitate feudali, quæratur, fruſtra litem feudalibus controverſiis accenſebimus. *a. II. f. 15. 34. 37. 39. §. ſi inter. 55.*

O §. *f.*

(*i*) Hartm. Piſt. *l. 1. q. 15. n. 30.*

(*k*) Conf. Matth. de Afflict. *ad Conſt. Neapol. l. 1. rubr. 97. §. ſi quis poſt litem. n. 23.* Hartm. Piſt. *l. 1. q. 15. num. 54. ſeq.* Conf. Horn. *Jurisprud. feud. c. 19. §. 9.*

§. *f. j. II. f. 1. 27.* §. *2. verb. ſi duo. II. f. 43. c. 5. X. d. judic.* (*a*) Itaque quoties de juribus ſubditorum Vaſalli controvertitur, cauſa pro feudali agnoſci nequit, veluti ſi de operis ruſticorum, ſervitutibus, (*b*) juribusque particularibus prædiorum feudalium agatur. *II. f. 28.* §. *ſi Vaſallus. II. f. 43.* nam deficit Feudalium Conſvetudinum in hoc caſu diſpoſitio, feudales cauſas definiens *II. f. 1.* & Judex, qui inter contendentes pronunciat, ſuum cuique tribuit juxta regulam Juſtitiæ & Juris Communis, cum de ipſa feudi ſubſtantia inter perſonas, feudali qualitate donatas, non controvertatur ac per Judicem Ordinarium jus partium non conſtituatur aut tollatur, ſed, quod eſt, ſaltem declaretur. *l. 8.* §. *4. ff. ſi ſerv. vind.* alia vero ratio obtinet, quando Vaſallus per exactiones illicitas, aut jura prædiorum nimis negligendo aut extendendo, deteriorationem feudi notabilem ſuſcipit, propterea que inhibitio, aut actio ad privationem tendens, locum invenit. *a. II. f. 27.* §. *quicunque advocatiam. 7. j. c. 2. d. ſentent. & re jud. in 6.* (*c*) Inde,

(*a*) Udalr. Zaſ. *lib. 1. Conſ. 13. n. 37.* Joh. Anton. de S. Georg. *in Uſ. feud. t. apud quem vel quos contr. feud. def. deb. n. 5. it. in t. d. prob. feud. al. par Feder n. 2.* Curt. Jun. *tract. feud. Part. 7. n. 9. & preced.* Schrad. *Conſil. 1. n. 684. ſeqq. idem d. feud. Part. 10. Sect. 6. n. 135. ſeq.* Sonsbeck. *d. feud. Part. 14. n. 30.* Bald. *t. d. prob. feud. al. per Feder. n. 3. ſeq.* Bitſch. *II. f. 27.* §. *ſi duo. verb. quinto. p. 516.* conf. Menoch. *d. præſumt. l. 3. præſ. 91. n. 10.* Dn. de Lyncker. *Conſ. 60. n. 20.*

(*b*) Sonsbeck. *d. l. n. 40. ſeq.* Swanem. *Conſil. feud. 4. num. 4. ſeq.*

(*c*) Roſenthal. *d. feud. c. 12. concl. 12. n. 140. it. c. 10. concl. 33. n. 96. concl. 35. n. 18. ſeq.* Schrad. *d. feud. Part. 10. Sect. 5. num. 110. 111. it. Part. 9. c. 6. n. 59. ſeqq.* Nic. Moz. *d. feud. t. ex quibus cauſ. feud. amitt. n. 76. ſeq.* Jaſon. *ſup. Uſ. feud. proœm. n. 69.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0108-6

de, cum Dn. Wolff Erneſtus, Dn. de Schœnburg, Parricidio fratris, Ottonis Wilhelmi, ſe contaminaſſet, probe diſcrevit Feudalem Quæſtionem. *a. II. f. 24. §. 3. II. f. 37.* ab Inquiſitorio vel Accuſatorio Proceſſu Elector Saxoniæ, Johannes Georgius I. glorioſæ memoriæ, ſiquidem referri voluit, an in mera annotatione & ſequeſtratione ratæ feudalis à Commiſſariis Imperatoriis ſubſiſteretur, an vero in jurisdictionalibus quicquam intenderetur, *in Reſcripto de die 29. Dec. 1617.* & à definitiva non niſi ad ſe, tanquam Dominum territorii, appellationem dirigi permiſit, *j. Reſcript. d. 22. Dec. 1617. (d)* Itaque ad fundamentum reſpiciendum eſt, in dijudicanda feudali cauſa, requiriturque ut actio ſit feudalis, vel ut ex jure feudali agatur, non enim ſolum ex ipſa re litigioſa, *(e)* ſed ex litis formula & concluſione ad feudum ejusdem Domini directa de judice conſtituendum eſt. *(f)* Itaque feudalis non eſt quæſtio, ſi prædii feudalis ſervitus vindicetur, vel ſi pro tributis, ob publicas Reip. neceſſitates indictis, pignoratio ſuſcipiatur. Item ſi agatur de mutuo, depoſito, pignore, damnis, annuo reditu, ſuper prædio feudali legitime conſtituto, *(g)* ex his enim cauſis nonnunquam diſtrahi poteſt prædium feudale, non tanquam feudale, ſed tanquam prædium debitoris. *a. II. f. 43. (h)* Ut tacea-



(*d*) Roſenth. *d. l. n. 140.* Chriſtin. *Vol. 6. Dec. 7. n. 15.* Mynſ. *cent. 6. Obſ. 99. n. 1. ſeq.*

(*e*) Chriſtin. *V. 6. Dec. 81. n. 25.* Conf. Sand. *Comment. in Gelriæ Conſvet. feud. tract. 3. c. 2. §. 2. p. 220.*

(*f*) Roſenth. *d. concl. 12. n. 11. 12. id. c. 12. concl. 4. n. 46.*

(*g*) Chriſt. *d. l. j.* Thom. Grammat. *Dec. Neapol. 77. n. 10. & præc.* Roſenth. *Syn. feud. c. 9. concl. 17. n. 2.*

(*h*) Chriſt. *d. l.* Roſenth. *c. 12. concl. 12. n. 105. ſeq. it. num. 135.*

ceamus, Dynaſtia cum hominibus & pertinentiis in feudum conceſſa, ſubditorum prædia in dubio nihilominus allodialia potius quam feudalia præſumi. *a. II. f. 26. pr.* §. *1.* adeoque ſingularem partium feudalium qualitatem ſedulo indagandam eſſe. (*i*)

§. XLI. Hinc conſtat, cum Hanß Hermanns von Weißbach ſubditi zu Thurn, Niedermilſen und Wülmen, coram Regimine Schœnburgico, *propter operas & præſtationes*, contra ipſum actionem inſtituiſſent, & Domini de Schœnburg Mandatum pœnale de die 8. Decemb. A. 1613. emiſiſſent, à quo Appellationem ad *Supremam Curiam Prov.* ſupra dictus Dominus Jurisdictionis direxerat, eandem Curiam *Appellationem admiſiſſe*, & inhibitionem ſub dato d. 13. Jan. A. 1614. feciſſe, &, poſteaquam interveniendo Domini Veit de Schœnburg & Conſ. hoc appellandi jus in dubium vocaſſent, refutatoriis ad Electorem Sax. Joh. Georg. I. vivæ memoriæ, datis, eundem reſcripſiſſe: Ihr wollet/ alles ihres/ der Intervenienten/ Fürbringens ungeachtet/ in dieſer Sachen dem Herkommen und Ober-Hoff-Gerichts-Gebrauch gemäß ferner verfahren/ und euch daran nichts hindern noch irren laßen. d. 13. Maji 1614. atque in eadem voluntate, non obſtante impetrato, ad implorationem Dnn. de Schœnburg, Reſcripto Appellationis annullativo ſub dato Lintz den 24. Mart. d. A. perſeveraſſe, verbis: Ihr wollet in dieſer Sache euch der Intervenienten Fürnehmen nicht irren laßen/ ſondern/ mit Ertheilung der Inhibitionen und ſonſten/ wieder Sie/ der

(*i*) id. *d. feud. c. 12. concl. 15. n. 26. ſeq. conf.* Fulvius Lanarius *in addit. ad repetit.* Dn. Joh. Ant. Lanarii *Capitul. 1. de his qui feud. dar. poſſ. n. 80. ſeqq.* Mod. Piſt. *Vol. 1. Conſ. 22. n. 13.*

der Ober-Hoff-Gerichts-Ordnung nach / procediren / Supplicanten auch uf ſein ferner imploriren in gebührenden Schutz nehmen. Severo autem Mandato de non-eximendo ſub dato Geyer. d. 9. Aug. A. 1614. Dnn. Schœnburgicis obſequium impoſuiſſe, atque ulteriorem Proceſſum Curiæ noſtræ ſub d. 24. Aug. imperaſſe, nec non an den Hauptmann und Schößer zu Zwickau Mandatum de manutenendo dediſſe ſub d. 10. Aug. verb. Iſt darauf Unſer Begehren / woferne gedachte Unterthanen dem Supplicanten die ſchuldigen und unſtreitigen Dienſte zu leiſten und zu verrichten ſich verweigern werden / ihr wollet ihme / Weißbachen / auf ſein Erſuchen / die hülffliche Hand reichen / und die Wiederſpenſtigen zu ſchuldigen Gehorſam bringen helffen. Perſpectis itaque cauſæ fundamentis Domini de Schœnburg, ceu ipſi in reverſalibus quoque fatentur, acquieverunt & conſtanter Superioritatem Territorialem Elect. Saxoniæ agnoverunt, quemadmodum in ſimili, Appellationis ſcil. negotio in C. Fräul. Genoveven Annen / gebohrner Gräfin zu Stolberg :/: die Herrl. Schönburg. Beamten zu Glaucha poſt inhibitionem emiſſam, in Supr. Cur. Prov. Lipſ. in iſta Appellationis Cauſa, auditis partibus, decretum eſt promulgatum Termino Luc. 1627. &, ob Petri Seifarts, Civis Glauchenſis, eventualem Appellationem Reſcriptum d. d. 20. Jan. 1662. à Suprema Curia noſtra ad Fridericum Müllerum, Schœnburgicum Præfectum Glauchenſem, directum, cui ipſe obtemperavit, de gravaminum qualitate referendo, qua perſpecta, modus procedendi ulterius ſub dato d. 10. Febr. 1662. ipſi eſt præfinitus. Etiam *de Jure Paſcendi* enata eſt controverſia zwiſchen den Unterthanen zu Pfafferoda

feroda Cl. :/: Ehrenfried Geyern / Becl. Herrn Gott-fried Ernſt / Herrn von Schönburg / zu Glaucha und Waldenburg / Mitbecl. in qua à S. C. P. L. pronunciatum Term. Rem. 1671. Daß Herr Mitbecl. bey der Poſseſs vel quaſi der Hut und Trifft auf der Cl. Felder ſo lange / biß dieſer ein anders in petitorio außgeführet / billich zu laßen / quæ ſententia, poſteaquam rei judicatæ vires nacta eſſet, & Petitorium in Judicium deductum adverſus memoratum Dominum de Schœnburg, atque is feciſſet litis conteſtationem, eidem probatio des Befügnüßes / ſtylo conſveto, injuncta eſt Term. Reminiſc. 1673. Item nomine der ſämtl. Unterthanen in die Herrſchafft Glaucha gehörig :/: Herr Gottfried Ernſten / Herren Samuel Heinrichen / und Herren Wolff Heinrichen / allerſeits Herren von Schönburg / Menſ. Jan. 1676. lite mota, *propter* factam *exactionem operarum indeterminatarum*, per præcepta pœnalia & pignorationem Barthel Wolffens / reisque exc. litis pendentis & fori incompetentis inconvenienter urgentibus, datum eſt decretum: Daß Becl. ſeines Einwendens ungeachtet / Unſerm jüngſt gegebenen und Krafft Rechtens erreichten Abſchiede (nam ad refundendas expenſas termini & reſpondendum libello bey Straffe Ungehorſams erat facta condemnatio Term. Trin. 1676.) Folge zu leiſten ſchuldig. Term. Cruc. A. 1676. atque tum, interpoſita Leuteratione à Dnn. de Schœnburg, judicatum Term. Rem. 1677. Daß die eingewante Leuterung (ſc. contra rem judicatam) nicht zuläßig / à qua cum eſſet provocatum, rejici meruit Appellatio Reſcripto Elect. d. dato Dresd. d. 10. Oct. A. 1677. verbis: Ihr wollet ſie damit abweiſen / und in der Sache ferner dem Proceß

ceß gemäß verfahren. Pariter, *executive* in Suprema Curia Provinciali noſtra *egit* Fr. Bibiana/ vermählte Freyin von der Leipe/ gebohrne Gräfin von Promnitz ∵ Herren Otto Albrechten/ Herren von Schönburg/ Herren zu Glaucha und Waldenburg A. 1677. ubi Termino Luc. A. 1678. ſecuta eſt condemnatio durch einen Abſchied: Dieweil Beckl. die ſub A. B. und C. originaliter producirte Documenta recognoſciret/ ſo iſt auch deſſen Herr Principal, des beſchehenen Einwendens ungeachtet/ die libellirte 1000. Rthlr. Capital, ſamt denen von Zeit des Verzuges aufgelauffenen Intereſſen Cl. abzuſtatten ſchuldig/ in Manglung gütlicher Entrichtung wird ihme hiezu gebührend billich verholffen. Cum decretum hoc in rem judicatam tranſiiſſet, ſub dato d. 12. April. 1679 Executoriales an Johann Philipp und Franciſcum, die Romane, Ober- und Amtmannen/ zu Zwickau ſunt transmiſſæ. Inde, nec non ex Superioribus, ut alia prætermittamus, conſequitur, ſuum Jus Superioritatis Territorialis Electorem Saxoniæ, etiam in Contradictorio, conſervaſſe, ſolidisque deductionibus, quicquid objici poterat, remotum eſſe, nec unquam immemorialis poſſeſſionis jura quæſita ipſum infringi permiſiſſe. Quæ cum validiſſimis innitantur fundamentis poſſeſſorii petitoriique, in iis Juſtiſſimos Principes acquieturos eſſe confidimus, in ſubſidium vero, ſi opus fuerit, Auſtregis conventionalibus in fœdere hæreditario, Böhmiſcher Erbeinigung d. A. 1482. §. Wir ſollen. determinatis, locus eſt, (a) Domo Saxonica interim jure poſſeſſorii fruente. Plura deduci inſtituti vetat anguſtia.

§. XLII.

(a) v. Ewige Erbeinigung und Bündnüs zwiſchen König Uladislao, der Cron Böheim und Herren Ernſten, Chur-

§. XLII. Atque ex his prono fluit alveo, toties, quoties Cauſæ ſunt feudales in Curia Domini Directi ventilandæ, ejusdem, territoriali ſuperioritate deſtituti, ita temperari poteſtatem, ut in alieno territorio jurisdictionem exercere nequeat. *a. l. f. ff. d. jurisd. l. 13. §. 3. C. d. d. judic.* Proinde notificationibus, item denunciationibus uti permittitur; at regulariter, &, niſi aliud obſervantia legitima introductum ſit, citandi jus, quod jurisdictionem, in loco inſinuationis, præſupponit, uſurpari nequit: verum judex territorii, ceu alias quoque in exercitio diverſæ jurisdictionis e. g. eccleſiaſticæ & ſecularis, obtinet, requirendus eſt ad citationem legitime inſinuandam. *a. l. 1. §. 2. ff. d. requir. reis vel abſent. damn. N. 134. c. 5. j. d. l. f.* (*a*) Multo minus adverſus Vaſallum, cujus feudum in alieno territorio eſt, citra aditionem Domini territorii Executio ſententiæ, ad privationem feudi, in eo ſiti, tendentis, fieri poteſt; ſed competentis judicis implorari ſubſidium fas eſt. *dd. ll. a. II. f. 22.* (*b*) is vero promtum merito auxilium, facta requiſitione, præſtat, ne querela apud ſuperiorem de denegata juſtitia opus ſit. *a. II. f. 22. verb. ad aliam majorem poteſtatem. j. A. B. C. 11. §. 4. Clem. paſtoralis. 2. de Sent. & re jud. verb. nos quoque.* (*c*) Neque enim verba

textus

Fürſten, auch Herren Albrechten, Hertzogen zu Sachſen, und ihrer allerſeits Erben und nachkommende Hertzoge zu Sachſen aufgericht im Jahr 1482. apud Lunig. Teutſch. Reichs-*Archivs Part. Spec.* der IV. Abtheilung II. Abſatz. *p. 7. ſeq. d. A. 1557. pag. 90. 1579. p. 104. 1587. p. 124.*

(*a*) Fried. à Sande *in Conſvet. feud. Geldr. Tract. 3. §. 3. n. 9.* Chriſtin. *V. 6. Dec. 81. n. 28.*

(*b*) Chriſt. *d. l.* Roſenth. *Syn. feud. c. 13. concl. 20. n. 17.* Hartm. Piſt. *l. 1. q. 15. n. 29. ſeq.* Ludvvell. *Syn. feud. c. ult. p. 423.*

(*c*) Carpz. *Proc. t. 7. art. 3. n. 16. ſeqq.*

textus *II. f. 22. poterit eum deprædare*, ita ſunt explicanda, ut propria auctoritate prædio exuendi poteſtatem largiantur, quemadmodum iſta accepit Hotomannus *(d)* barbaricumque inſtitutum dixit, quo coercitio adverſario, non officio judicis, committeretur, ſiquidem factum judicis haud excluditur, id quod in aliis Juris feudalis textibus expreſſum, atque juſtitiæ convenienter interpretandum eſt. *a. II. f. 27. §. ſi duo. §. ſi tres vel plures. l. 68. ff. d. R. V. l. 13. ff. quod met. cauſ. (e)*

§. XLIII. Interim diverſa eſt à Controverſia feudali poteſtas Domini feudi in talem controverſiam non incidens, nec Domini Territorii jura infringens, quæ optimo jure ab ipſo exercetur, veluti cum inveſtituram feudi, item ſimultaneam, concedit aut renovat, ſervitia indicit, feudi qualitatem in ſuum præjudicium immutat, feudum ex pacto & providentia in hæreditarium convertit, teſtandi jus, ſuo cum detrimento, largitur, rei judicatæ, ſub comminatione legitima, obtemperari jubet, *a. II. f. 22. 24. §. f.* ſimiliaque, juſto moderatoque arbitrio, convenienter expedit. *a. II. f. 26. §. licet. 39. 55. pr. §. f. (a)*

§. XLIV. Denique ſalutaris eſt Cautela pro Dominis Territorii, qua ſubditos ſuos, nova dignitate Nobilis, Baronis, Comitis &c. ab Imperatore ornatis, non ante in ſuo territorio ad pleniſſimum iſtius honoris fructum ad-



(d) Franc. Hotomann. *Comment. in lib. II. feud. t. 22. verb. poterit.*

(e) Caſp. Bitſch. *ad text. II. f. 22. verb. poſtremo.*

(a) Eyben. *Diſſert. de Cauſ. feud. Sect. 5. §. 4. p. 667.* Roſenth. *d. feud. c. 12. concl. 20. n. 16. c. 10. concl. 25.* Conf. Fulv. Lanar. *in addit. ad Repet. Feud.* Dn. Joh. Anton. Lanar. *in Cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. n. 4. ſeq.*

admittunt, quam ſpeciale eo nomine impetraverint Reſcriptum, ceu diverſorum territoriorum uſus corroborat; atque hoc non ſolet concedi, niſi perpenſum fuerit, num quid tabulis Diplomatis contineatur, quod Superioritati Territoriali præjudicio cedere queat, id quod per literas reverſales declinari conſvevit, *(a)* nec permitti, ut alias quicquam in Stylo recepto immutetur. *Conf. Reſcript. Potent. Reg. Pol. & Elect. Saxon. de dato* Dreßden *d. 11. Dec. 1711.* Viciſſim, circumſpectæ res eſt prudentiæ, quando ſubditi ad Baronis, Comitis &c. dignitatem emergere cupientes, ab initio inſtitutum Dominis territorii aperiunt, &, per oblatas reverſales, omnem à ſe malam ſuſpicionem declinant, adeoque novum decus ſibi, Dominis Territorii conſpirantibus, parant. *Conf. Capit. Leop. art. 44. Joſeph. art. 43. Cap. Carol. VI. art. 15. 22.*

§. XLV. Hæc ſunt L. B. quæ de materia Juris Publici, antiquiſſimæ & recentiſſimæ utilitatis, ſed per ſpicilegium ſaltem, depromtis, ex veteri & media Judiciorum Obſervantia, exemplis, nam noviſſimam cumulus judicatorum attingere vix permiſit, tradi recenſerique tranquillitatis promovendæ communisque felicitatis augendæ ſtudium, homini cordato proprium, imperavit. Faxit Cœli Clementia, ut Germania noſtra, in tuenda Libertate & conſervanda Dominorum Territorii poteſtate tota, ſalva Invictiſſimi Imperatoris Majeſtate, devotiſſimaque Potentiſſimi hujus Capitis veneratione, propulſatis Gallo-

(a) Conf. Fec. Eur. *Tom. I. p. 643.* Nitſch. *ad Capitulat. Joſeph. art. 43. n. 79. 80.* Gail. *d. Areſt. c. 6. n. 16.* Sweder. *Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 19. §. 1.* Dn. Baro de Lyncker. *Reſp. 56. n. 26.*

Gallorum Saracenorumque telis ac inſidiis, per grave hoc funeſtumque bellum ſecura pace potiatur fruaturque, & concordiæ ardor univerſorum bono diſcordiæ flammas exſtingvat, non majore cum fervore, quam, in ipſo ad æternitatem tranſitu, pia fato ſuo fungentium vota volunt, reſuſcitandas.

SOLI DEO GLORIA.

# INDEX
## RERUM PRAECIPUARUM IN DISSERTATIONE PRAESENTI OCCURRENTIUM.

§. I. Cura Libertatis Germanorum adverſus Imperium Romanum, p. 8. Procerum in ſpecie ſtudium libertatis tempore Ludovici Germanorum Regis, ibid. Et cognitio de Procerum delictis in Comitiis Imperii, pag. 9.

§. II. Origo Libertatis Germaniæ Procerum, p. 9. ſeq. Ab initio Ducum & Comitum dignitas perſonalis fuit, p. 10. Carolus M. potentes Ducatus in plures diviſit Comitatus, ibid. Witekindo reliquit Anglariam, p. 10. ſeq. Cum jure pacis & belli, p. 11. Qui jura hæc quæſita ad filios & deſcendentes transmiſit. Exemplum Ludolphi I. adducitur, ibid. Item Ottonis Magni, p. 12. Et Henrici Aucupis, ibid.

§. III. Germani jam olim in arduis ad Comitia vocati, p. 13. Senſim incrementa poteſtatis acceperunt, p. 14. Aucta enim eſt Poteſtas in territoriis etiam ſub Henrico Aucupe, ibid.

§. IV. Tranſitur in ſpecie ad Populum Thuringorum ejusque Jura Territorii, p. 14. Ubi removetur fucata amplitudo donationis ab Ottone Magno Gvilielmo filio factæ, ibidem.

§. V. Populus Thuringicus jam olim poteſtatem eligendi Ducem exercuit exemplo Eckhardi I. p. 15. Poſt eum Wilhelmus Comes Thuringorum potentiſſimus fuit, ibid. Ludovicus Comes partem Thuringiæ proprietatis jure accepit, p. 16. Eique ſucceſſit filius Ludovicus, ibid. Wilhelmus & Otto March. Thuring. clauſum territorium habuerunt, ibid. Ottonem excepit Ecbertus March. Thuring. Ludovicus Saltator Sereniſſimi titulo honoratus eſt, ibid.

§. VI. Ludovici Saltatoris filius Ludovicus à Lothario Imperatore Princeps & Landgravius Thuringiæ creatus, & territorio amplo eoque clauſo locupletatus eſt, p. 17. Hæc territorii clauſi Poteſtas in Henricum Illuſtrem A. 1242. per ſolennem Expectativam à Friderico II. Imp. translata eſt, & in Succeſſores transmiſſa, p. 18. Sub Friderico Admorſo acquiſit. Altenb. Chemn. Zvviccam, p. 19. Hodieque eſt penes Domum Saxonicam & Caput illius, Electorem Saxoniæ, ibid.

§. VII. Etiam Feuda Bohemica in Saxonia Superioritati Territoriali non præjudicant, p. 20.

§. VIII. Territoria Imperii ſunt vel non clauſa vel clauſa, p. 21. In dubio præſumuntur Clauſa, p. 21. & ſeq. Germani Proceres jam olim jurejurando mixto ex Homagio & Vaſallagio ſunt obſtricti Impp. ſub Carolo M. pag. 22. & ſeq. Atque id actum ſub Ludovico Pio, ut ſubditi non niſi à ſuo Domino beneficia acciperent, p. 23. Quomodo Proceres, territoria nacti, beneficia ſubditis, ut talibus, contulerint, ibid.

§. IX. Clauſorum & non-clauſorum Territoriorum Origo, p. 23.

§. X. Deſcriptio Territorii Clauſi, p. 24. Et Territorii non-clauſi, p. 25. Landſaſſiatus ad Civitates, Prælaturas, Comites &c. applicatio, ibid.

§. XI. Effectus generalis non clauſi territorii, pag. 25. Hujus rei exemplum, ibid.

§. XII. Quænam principia ſint clauſo & non-clauſo territorio explicando adæquata, p. 26.

§. XIII. Differentia Clauſi & non-clauſi Territorii, p. 27. Deſcriptionis antec. Declaratio, pag. 28.

§. XIV. Regula: Quicunque in clauſo territorio eſt Vaſallus, præſumitur eſſe ſubditus, p. 28. Confirmatur Primo per argumentum à toto ad partem, ibid. Secundo, fundamento à more regionis petito, p. 34. Tertio jure per immemorialem præſcriptionem quæſito, ibid. & ſeq. Quarto Præſumtione, qua, quotquot clauſi territorii finibus continentur, Domino Territorii ſubjecti eſſe intelliguntur, p. 36.

§. XV. Clauſum territorium ad evincendam Subjectionem Vaſalli parit præſumtionem juris, p. 37. Quæ contraria probatione elidi poteſt, p. 38.

§. XVI. In territorio Proteſtantium Clauſo bona Eccleſiaſtica mediata perſonæque tales à Landſaſſiatu non eximuntur, p. 38. & ſeq.

§. XVII. Rationi, quod Clauſis Territoriis quandoque immiſcentur immediati, reſpondetur, p. 40. Nec non fundamento à formali diverſitate juramenti fidelitatis & homagii petito, pag. 41.

§. XVIII. Effectus cohærentis juramenti Vaſallitici & Homagii eſt: I. Univerſale jus imperandi in Domino & neceſſitas obſequendi in Vaſallo, p. 42. Etiamſi Domini territorii Imperium voluntati Imperatoris repugnet, p. 42. & ſeq.

§. XIX. Niſi Dominus territorii ſit declaratus in Bannum, p. 46.

§. XX. II. Vaſalli obligatio ad præſtationem homagii, p. 46. Unde incidere poteſt Vaſallus in Crimen Perduellionis, pag. 48,

§. XXI. III. Obligatio Vaſallorum ad comparendum in Comitiis Provincialibus eorumque decretis obtemperandi, pag. 48. & ſeq.

§. XXII. IV. Nexus Vaſallagii & Homagii parit generalem fori competentiam, præprimis in Suprema Curia Provinciali Lipſienſi, item in Reg. Dresdenſi & Judicio Appellationis, p. 49. Item dicta Cur. Prov. concurrentem habet cum Reg. Duc. Sax. Weiſſenſ. Martisburg. & Zizenſ. Jurisdict. in portionibus hæreditariis, p. 50. Cur. Provinc. VVittenb. gaudet concurr. Jurisdictionis cum Regim. Dresdenſi in Circulo Electorali, ibid.

§. XXIII. Amplificatur 1. etiam in ſimultaneè Inveſtitis, p. 53. Licet in Saxonia nec Poſſeſſiones nec Domicilium habeant, p. 54.

§. XXIV. Etiam in immediatis Nobilibus Imperii obtinet forum hoc Vaſalliticum & Simult. inveſtitorum, pag. 55. Dantur etiam Vaſalli El. Sax. extra territorium Sax. conſtituti, quorum deſcribitur conditio, p. 56.

§. XXV. (2) Ad Status Imperii Simultanea Inveſtitura feudumve nactos, p. 56. Exempla adducuntur, p. 58.

§. XXVI. Quamvis in Saxonia noſtra domicilium non habeant, p. 58. & ſeq. Cur forum hoc ad ſimultaneam Inveſtituram filios haud pertineat, p. 59. Forum tamen in Regiminibus & Curiis Provincialibus Vaſallorum filii ſortiantur, p. 59. & ſeq.

§. XXVII. Exemplum Dominorum Comitum de Schœnburg profertur, p. 60. Dubiorum ſubnatorum occaſio narratur, p. 61.

§. XXVIII. Præmittitur, ad Jus Statuum Imperii non præciſe requiri territorium immediatum, p. 61.

§. XXIX. Diverſitas feudorum Bohemicorum in ſpecie ſic dictorum & Imperii, pag. 62. Glaucham, VValdenburgum & Lichtenſtein ſubfeuda eſſe Imperii, monetur, p. 64. Sed ita, ut in iis Superioritas Territorialis ad Electoratum Saxonicum pertineat, ibid. Quod deducitur ex variis fundamentis, ipſoque exercitio corroboratur, ibid. & ſeqq.

§. XXX. Dominos Comites Schœnburgicos in Territorio Electorali forum competens ſortiri in Actionibus perſonalibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0120-2

nalibus & realibus evincitur, p. 67. Competentia fori Dominorum Comitum de Schœnburg confirmatur in genere, pag. 68. (1) Reſcripto Electorali, d. A. 1674. ib. & ſeqq.

§. XXXI. (2) Mandato ad conſervandam ſuperioritatem territorialem affixo A. 1659. p. 70. (3) Agnitione Ferdinandi III. p. 74. ſeqq.

§. XXXII. (4) Literis Reverſalibus, p. 78. ſeqq.

§. XXXIII. Reverſalium antiquitas, utilitas & neceſſitas oſtenditur, pag. 88. Ubi alius eſt feudi alius territorii Dominus, p. 89. Confeſſio Domini de Schœnburg in Reverſ. facta, eſt efficaciſſima probatio, ibid. Dum inducit notorium, item declarat jus immemoriale, p. 89. Eſt realis, & Succeſſores etiam ſingulares obligat, ibid.

§. XXXIV. Suſpenſa Reverſalium datio Territorii Dominis per ſe noxia non eſt, p. 90.

§. XXXV. Fundamenta fori competentiæ in Electoratu Saxonico Dominorum Comitum de Schœnburg ſpecialia, Pag. 91. I. Auctoritas rerum judicaturum fruſtra oppoſitionem exceptionis declinationis fori, ibid. & ſeq.

§. XXXVI. II. Exempla Particularia in Cauſis Dominorum de Schœnburg, pag. 93. Exemplum 1. in puncto Parricidii, ibid. ſeq. Etiam 2. adverſus Officiales Schœnburgicos, p. 95. & ſeq.

§. XXXVII. 3. Inhibitionum decretarum, p. 96. Exemplum (1.) ſiſtitur, ibid. (2.) oſtenditur, p. 97. (3.) indicatur p. 98. (4.) producitur ibid. (5.) narratur ibid. Exemplum Proceſſus Executivi, p. 99. Exemplum Immiſſionis notatur ibid. Etiam recenſentur remiſſive alia exempla, ibid.

§. XXXVIII. Diſſolvitur vinculum ſubjectionis in Vaſallis & Subditis territorii clauſi, p. 100. (1) Per amiſſionem rei immobilis vel ſimultaneæ inveſtituræ per quam quæſitum eſt Landſaſſiatus, ibid. (2) Voluntate Domini Territorii vel expreſſa, dummodo in arbitrio ejus ſit remittere Landſaſſiatum, p. 101. Vel voluntate tacita, p. 101.

§. XXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0121-7

§. XXXIX. In præjudicium Superioritatis Territorialis non debet cedere nova dignitas, p. 101. Neque prætextus Domini Directi, p. 102. Neque formula literæ inveſtituræ, ibid. Sed tantum Cauſas feudales ſibi Curia Domini vindicat, ibid. Tales non ſunt cum de perſona vel qualitate feudali controvertitur, p. 102. & ſeq. Neque cum de competentia judicis diſceptatur, p. 103. In dubio cauſa ad Judicem Ordinarium pertinet, ibid. Exemplum 1. Miſſionis ex teſtamento vi l. f. C. d. Ed. Div. Hadr. toll. p. 103. & ſeq. Exemplum 2. Actionis Hypothecariæ ex Conſenſu Domini feudi, p. 104. Exemplum 3. Præſtationum ex Pactis Dotalibus à Domino Directo confirmatis petitarum, p. 105.

§. XL. Ad diſcernendas Cauſas feudales neceſſaria eſt feudalis qualitatis indagatio, p. 105. ſeq. Hac deficiente quæſtio non eſt feudalis, p. 106. Reſpiciendum ad fundamentum actionis, 107. Et an libellus ad feudalem qualitatem ſit directus, p. 107. Nec Subditorum Vaſalli Controverſia regulariter eſt feudalis, p. 107. & ſeq.

§. XLI. Exempla Practica Cauſæ non feudalis, Exemplum (1) p. 108. Exempl. (2) p. 109. & ſeq. Exempl. (3) p. 110. Exempl. (4) p. 111.

§. XLII. Quomodo Superioritas Territorialis Poteſtatem Domini feudi temperet, e. gr. in Citationibus, p. 112. In Executionibus, ibid. Quæ non ſunt faciendæ abſque imploratione judicis competentis, p. 112. ſeq.

§. XLIII. Poteſtas Domini feudi in controverſiam feudalem non incidens, rite uſurpata, non turbat Jurisdictionem Domini Territorii, p. 113.

§. XLIV. Cautela pro Dominis Territorii adverſus nova dignitate ornatos, p. 113. Cautela Subditorum Territorii ad novas dignitates adſpirantium, p. 114.

§. XLV. Concluſio, p. 114. & ſeq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0123-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0124-4

Leipzig, Diss., 1712 A-O
X 2417849

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0125-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0126-6

Pub. 5. num. 36.
1712, 9d

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE

# VI SVPERIORITATIS TERRITORIALIS

IN TERRITORIIS IMPERII CLAVSIS, ET DISCERNENDO AB EADEM IVDICIO FEVDALI, INTVITV FEVDI IN IISDEM SITI, CVRIAE DOMINI DIRECTI RELINQVENDO,

QVAM

SVB PRAESIDIO

**DN. LVDERI MENCKENII, IC.**
CONSILIAR. REG. POLON. ET ELECT. SAXON. DECRETALIVM PROF. PVBL. ET FACVLTATIS IVRIDICAE LIPS. ORDINARII,

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI EXPOSVIT

**WILHELMVS ERNESTVS ZECH.**

*CVM INDICE RERVM PRAECIPVARVM.*

IENAE, EX OFFICINA HELLERIANA, 1753.

KÖN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-229561-p0127-1